De vera origine

Superiorum motuum Belgicorum

EPISTOLA

ad

Philippum II. Hiſpaniae Regem,

ex ſermone Belgico in Latinum

converſa.

Recenſuit

CONRAD SAMVEL SCHVRZFLEISCH.

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Diſputatio LI.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.

clɔ Iɔc XCIIX.

Epistola, sive libellus supplex ad Philippum II. Hispaniae Regem, qvae possit facere iustam Thuani Reidaniqve historiae partem.

QVotiescunqve fidelissimi afflictissimiqve Regiae maiestatis tuae clientes Belgae *a* de innata tibi singulari qvadam beni-

a *Scriptor Hugenottus anonymus, cuius extant commentarii de statu relig. in Gallia, sub Car. IX. nomine Principis Auriaci, Ordinum Hollandiae, Zelandiae et reliqvorum Belgii fidelium subditorum exaratam esse affirmat. Is verax, ingenuus et liber est, et qvo talis esset, suppresso nomine obvius. Everardus Reidanus, qvi Princeps est inter Scriptores motuum Belgicorum, interprete Dionysio Vossio enarrat, Belgas, cum his precibus ac qverelis nil effecissent, versis ad iram animis, bellum orsos, summo cum gentis suae honore, et Hispanorum ignominia, confecisse. Iacobus Augustus Thuanus ad A. 1566. motuum horum originem ducit ab inqvisitionis Hispanicae metu: altius auspicatur Reidanus, et consilium de mutanda reipublicae libertate arguit, ad A. 1555. Nec dissentit Emmanuel Metteranus ad A. 1562. nominatqve Philippum Bonum et Carolum Audacem, qvi iamdiu ante hoc animo fuerint. Neqve dubitat Hugenottus, qvem praedixi, Scriptor confirmare, Ducem Albanum non tam religionis, qvam privatarum inimicitiarum causa, saeviisse in Hornanum Egmondanumqve Proceres, Stat. relig. sub Car. IX. p. 139. Propterea religio tunc non scopus, sed instrumentum Hispanicae monarchiae fuit: testatur qvoqve Hugo Grotius Ann. Belg. ab auctoritate Pontificis fiduciam sumptam esse atqve obtentum Hispanicarum destinationum; qvanqvam usu immodico, ac tot repetitis immanis saevitiae intolerandiqve dominatus exemplis peccatum est, qvod non potuit diffiteri Thomas Campanella in disc. de Belgio sub potestatem Hispani redigendo. Corrigere qvidem hunc errorem statuit Philippus, at iusto serius, et postqvam hoc malum radices egerat, cum Alberto, qvem generum sibi asciverat, provincias Belgicas in dotem daret, Gvilielmus Baudartius*

tius

benignitate secum cogitarant, paternam tuam benevolentiam, qva hereditarias hasce provincias tuas,[b] earumqve incolas, iam inde ab illo tempore, qvo primum earum dominium gu-
ber-

tius polemograph. Nassov. l. 2. p. 236. Non alio instituto, qvam ut illo connubio nominis Hispanici odium aboleretur, contra amor excitaretur in Austrios, et studium redeundi ad idem corpus. V. Christoph. Forstnerus Not. in Tac. l. XIII. p. 354. Hugo Grotius de antiq. reip. Batav. cap. 7. qvanqvam praeter impedimenta alia huius consilii fructum Hispanis eripuit Alberti sterilitas, Adolph. Brachel. l. 4. hist. nostr. temp. p. 280.

b *Primum in Carolo V. imperatore omnes hae septendecim provinciae Belgicae coaluerunt, iure autem hereditario omnes ac singulae primo obvenerunt Philippo II. siqvidem ad eas, qvas Maria, Burgundicarum provinciarum unica heres, Maximiliano I. attulit, Carolus V. adiunxit Vltraiectum, Transisalaniam, Pontus Heuterus rer. Belg. l. 9. p. 431. Ferreolus Locrius chron. Belg. p. 591. Tum Groningam adiecit, qvae Carolo Geldro se ad tempus, Carolo V. Imp. in perpetuum subdidit. Strada l. 1. de B. Belg. Meminit diplomatis Heuterus l. 5. conf. Ludovicus Gvicciardinus descript. Belg. in Groning. p. 282. Phosphorus Austriacus Lovanii editus p. 230. 232. Primordia fundatae potentiae, copulatarumqve provinciarum capienda sunt a Philippo bono, in qvo coiverunt Burgundia utraqve, et Brabantiae, Limburgi et Lutzenburgi Ducatus, Flandria, Artesia, Hannonia, Namur, Hollandia, Seelandiae Comitatus, Frisia (haec enim distincta est a Dominio Groningensi) Mechlinia, et Marchionatus Antverpiensis: his, auctore Carolo Audace, accessere Ducatus Geldriae, et Comitatus Zutphaniae hodie Geldriae annumeratus, Emmanuel Metteranus descript. Belg. mih. p. 5. et 6. Hae ditiones, exceptis qvas acqvisivit Carolus V. iure uxorio Mariae Burgundae, Caroli Audacis filiae, nuptae Maximiliano I. ad Austrios pervenere, transfuso, ut Hugo Grotius ait, fortunae cumulo in hanc familiam, unde vires Austriorum increverunt l. 1. annal. Belg. Principio enim hae regiones singulos Principes habuerunt, atqve Germaniae, cui iam a tempore antiqvissimo Belgica innexa fuit, ambitu comprehensae fuerunt. Paulus Merula diatrib. de stat. Reip. Batav. M. Zvver. Boxhorn. in elegantissimo, ac ad posteritatem mansuro libro, qvi inscribitur obsidio Bredae. Nec origo plerusqve Belgis alia, qvam a Germanis, de qvo eo minus dubitandum existimo, qvod Iul. Caesar id suo assensu comprobavit, l. 2. de bell. Gall. Concedit-*

bernationemqve a Deo Opt. Max. accepisti, perpetuo ac constanter es profeqvutus, penitius cum animis suis revolventes: toties firma qvadam atqve indubitata fiducia erecti, certissimo sibi

ceditqve etiam Iacob. Aug. Thuanus Hist. lib. XL. Germanos extra veteres suos fines huc, qva Belgicae tractus patet, egressos, negat autem ideo Belgium Germaniae nomine censeri oportere. Perperam vero, qvod nescire non potuerit gravissimus iste scriptor, Belgicam ab Ottone M. in ditionem imperii Germanici redactam fuisse, Otto Frising. Chr. l. 6. cap. 19. Sigeb. ad A. 945. De Burgundiae regno per testamentum ad Henricum II. imperatorem devoluto, ac iure belli contra Odonem defenso, legere est apud eundem l. eod. c. 30. et 31. De Batavis probare supersedeo, descendere ex Germanis, siqvidem ex Cattis, qvi Germanorum populus sunt, certis indiciis compertum est, ortos fuisse, Tacit. histor. lib. 4. cap. 12. huc et videatur H. Grotius de antiq. reip. Batav. p. 46. Ceterum ad res originesqve Batavas conf. Ioannes de Beka, Batavae historiae primus inter Christianos scriptor, qvi vixit XIV. seculo, et ex mente Bernhardi Furmerii fontes praebuit Chronico, qvod Ioannem de Leydis Carmelitam auctorem praefert: sec. XVI. Gvilhelmus ab Heda, qvi apud Ioannem Isacium Pontanum merito suo audit vir haud vulgariter eruditus, nec minori laude ornatur a Iano Dousa, Nordvvici Dynasta, et gnarissimo Batavarum rerum viro: tum scriptores, qvi continentur in Batavia illustrata, ex museo Petri Scriverii edita, ubi tamen qvaedam etiam reprehensionem merentur. Sed qvam etiam praeclare sentio de Hugone Grotio, tam non possum diffiteri, cum in lib. de antiq. Reip. Batav. cap. 5. magis nationis suae, qvam veritatis studiosum fuisse, qvum demonstrare voluit, Bataviae Comites supremam et nullatenus a iurisdictione imperatorum Teutonicorum pendentem potestatem habuisse. Vid. eo Hermannus Conringius de finib. imp. cap. 28. inprimis Monachus Nussiensis, qvi tradit ex vetustioribus chronicis, VVilhelmo Comite absqve liberis defuncto, praeter directum, qvod iam antea competebat, utile dominium imperio repetitum fuisse; qvod enim pronunciatum est, pertinere ad res ab imperio ratione utilis dominii vindicandas, eius qvoqve dominium directum necesse est tunc penes imperium fuisse. Verba chr. Nuss. p. 303. evidentia sunt, et propterea, qvod instituto serviant, alleganda. Decretum vero fuit, vacare eum *(Comitatum Hollandiae)* imperio, qvia VVilhelmus Comes absqve liberis decessisset.

ſibi perſvaſerunt, te partim qvotidianis ipſorum qverelis atqve lamentis, partim qvorundam Chriſtiani Orbis principum, qvos noſtri commiſeratio tetigit, teſtificationi tantum tributurum, ut miſerabilem et calamitoſam ipſorum oppreſſionem, in qvam illos inaudita intolerabilisqve violentia, atqve impiiſſimum Ducis Albani *c* imperium praecipi-

c. *Cur tam ſevero violentoqve ingenio virum dimiſerit in Belgium Philippus, mirantur haud pauci, ii maxime, qvi ſciunt, qvanta in regendo prudentia uſus fuerit, qvamqve Belgarum, qvi nec totam libertatem, nec totam ſervitutem pati poterant, ingenia exploratiſſima habuerit, nec paternae admonitionis obliviſci potuerit, ut temperaret liberi populi imperium, ac nil faceret praeter ius et pacta. Ego Granvellano purpurato et hoc mittendi Ducis Albani, et fundandi dominatus conſilium acceptum fero, qvem, qvod ambitioſius faceret, Proceres, inprimis Auriacus et Egmendanus, ex Belgio faceſſere iuſſum offenderunt, magisqve irritarunt, qvum deprecanti denegarent gratiae reconciliationem. Itaqve is non tam odio in Belgas, aut religionem, licet et haec tegendae ambitioni adhiberetur, qvam vindictae explendae cupiditate Hiſpanorum arma in Belgas commovit. Reidanus l. 1. Annal. p. 4. Contra ſvadebant alii, et non ratione magis, qvam tutiori eventu omnia metientes, dicebant moderate ſententias, qvae extant apud Famianum Stradam, Nicolaum Burgundium, Guidonem Bentivolium, Hieronymum Coneſtaggium hiſt. bell. Belg. Ital. edit. conſ. Emmanuel Meteranus lib. 3. Gvilhelmus Baudartius part. 1. polemograph. p. 32. Qvanqvam hi non repetant cuncta a iuſtis initiis, praeterqve hos infra gloriam Belgicorum hiſtoricorum ſcripſerunt, Richardus Dinotus, Caſpar Ens, Michael Etzingerus, nec reſpondeat tanto operi continuatio Sleidani Gaſparis Lundorpii, neqve ſatisfaciat Belgis in hac parte David Chytraeus, cetera vir egregius, et multam laudem Saxonica hiſtoria promeritus. Sed eſt, qvum ipſe Strada notari debet, non modo qvod plerasqve conciones finxiſſe videatur, ſed etiam qvia nimis interdum eſt in ſcribendo mordax, in excuſando frigidus, in iudicando praeceps, ac verbo, ſtudioſus partium, ut qvi operae pretium facturi ſunt legendo, cum eo merito coniungant Emm. Metteranum, Ianum Douſam et Ioannem Meurſium, qvanqvam et Reidano concedat Metteranus, et redargueret qvoqve hunc doctiſſimus Auber-*

cipitavit, semel benigne cognosceres. Sperarunt etiam hereditariarum regionum tuarum (qvarum tot ac tam praeclara in rebus difficilimis erga te tuosqve maiores extant officia ac merita) luctuosissimam vastitatem ac lamentabilem ruinam, ex inaudita beluinaqve Ducis Albani ferocia immaniqve tyrannide invectam, aliqvam in animo tuo commiserationis scintillam excitaturam. Neqve enim dubitabant, qvin te male habiturum esset, qvod Albanus tuendae religionis Romanae, et tui nominis praetextu, eo erumperet, ut omnia provinciarum iura ac privilegia *d* abs te tuisqve ma-

bertus Miraeus. Qvod vero de Strada hactenus, idem de Nicolao Burgundo est existimandum. Demum Euphormio, qvatenus in icone animorum cap. 5. attingit huius historiae partem, satyrae potius officium, qvam historiae decorum exhibet.

d. *Summa iurium, qvatenus ea servare obligati erant Principes, hac formula continebatur.* Mores antiqvi legesqve sanctae sint: eas contra si qvid princeps decreverit, nemo decreto teneatur. *H. Grot. cap. 5. de antiq. Reip. Batav. Nec aliter Boxhorn. in obsid. Bred. affirmat, Batavorum Belgarumqve* in Piincipes obseqvia fuisse, illaesa libertate. *Et ingenue, licet saepe alias iniqve, Famianus Strada, sumpta a veritate rerum occasione, commemorat, Belgicarum rerumpublicarum administrationem,* prope accessisse ad civitatum liberarum formam. *Opportunum hic esset, reddere acta temporum, et adducere comitiorum decreta, ex qvibus citra controversiam constat, Belgicae Ordines omne id iniuriam interpretatos fuisse, siqvid praeter leges et pacta accidisset, siqve Principes contra privilegia atqve immunitates qvid imperassent aut fecissent, ut olim non vana suspicio erga Burgundos, nec melior eventus aevo Philippi II. fuit. Et recte sentiant, qvi tradunt, Belgarum libertatem iam tum sub domo Burgundica pluribus modis infractam fuisse. V.* decretum de pristina apud Hollandos reip. forma: *qvod Metteranus, Grotius, ceteriqve scriptores Batavi una voce atqve animo consitentur: de Philippo saltem testari possunt comitia Harlemensia A. cIↃ IↃ LXXXVII. habita, unde veram defectionis Belgarum, illiqve A cIↃ IↃ LXXIX. foederis Traiectini causam facile intelli-*

maioribus ſancita, ſolenniqve iuramento confirmata reſcinderet ac proculcaret: ſubditorum tuorum capita ac fortunas oppugnaret, totamqve regionem devaſtaret, non ſecus, ac ſi apertum ſe ac iuratum maieſtatis tuae ſubditorumqve tuorum hoſtem declaraſſet. Qvam ob cauſam incredibili qvodam deſiderio hactenus hoc expectarunt, ut M. T. horum pertaeſa, opportunis commodisqve remediis conſervationi harum provinciarum aſſertioniqve *e* ſuorum ſubditorum miſere oppreſſorum conſuleret, ponens ſibi ob oculos officii regii rationem: qvi qvum ab omnipotente Deo regum omnium rege vicarius iuſtitiae ſuae adminiſtrator et Paſtor ac pater populi ſis conſtitutus, ab omni iniuria ac vi eum protegere et tueri debes: revocans etiam in memoriam innumera fideliſſimaqve officia, qvae Belgae cum in maiores tuos, tum in teipſum ſumma benevolentia ſidelitateqve contulerunt. Ceterum qvum nunc, idqve non ſine extremo qvodam animi dolore, ſatis animadvertant, omnes ſuas petitiones inanes hactenus infrugiferasqve fuiſſe: nihil etiam aliorum principum relatu teſtificationeqve profectum eſſe, nihilqve ſolatii ex iis ad ſe perveniſſe (qvum tamen ipſi optime ſibi conſcii ſint: nullam ſibi iuſtam atqve idoneam cauſam fuiſſe, ob qvam, ſubtracta omni benevolentia ac clementia, a miſere oppreſſis clientibus *f* tuis

te

telligas ubi ſolenniter cautum conventumqve fuit: Singulae ſua privilegia et immunitates, integra et illibata conſervanto: invicem ſeſe contra omnem vim defendunto. *e. Aſſertio hic dicitur, qvae alias defenſio: recte, ſi ſenſus, ſecus autem, ſi Latini ſermonis indoles, qvae non ſemper hic nativa facie cultuqve ſe prodit, aeſtimatur, qvod ſemel monuiſſe, ſufficiat in poſterum.*

f. *Non ea ſignificatione, qva Proculus extulit l. 7. D. de capt. et poſtlim. Nam qvi nunc ſe clientes, iidem mox ſubditos ſe appellant, tales qvidem, qvi Principem ſuum pro legitimo ac nativo domino habent. Eo ſpectat R. I. A. 1548. §. 67. At iuri huic imperioqve legitimi ac nativi principis*

te averteres atqve alienares) g facile intelligunt, haec omnia ex privatorum qvorundam hominum malis artibus et sinistra narratione provenire: qvi nulla regiae utilitatis ac commodi, sed sola privatarum cupiditatum ratione habita, in hoc unum vires suas omnes contulerunt, ut provincias hasce summo maiestatis tuae odio gravarent. Qvod qvidem a multo

cipis postea renunciaverunt, atqve in foedus et rempublicam coiverunt. Initium a diffidentia et qverelis erat, qvae diu antecesserunt hos motus, et si accurate computandum est, anno supra sesqvimillesimum qvinqvagesimo coeperunt, edito Caroli V. acerrimo edicto, qvod A. cIↄ. Iↄ. LXI. Philippus II. filius multo vehementius promulgavit, effecitqve immitibus, et cum exitio libertatis Belgicae coniunctis mandatis, ut conspirationes, qvae prius velut sub cinere gliscebant, privatisqve adhuc consiliis stabant, in publicos motus desinerent, qvorum sane infelix auspicium habuit annus sextus et sexagesimus supra millesimum et qvingentesimum: consilia autem inducendi dominatus reiqve publicae mutandae reiicit Rordanus in annum cIↄ Iↄ LIX. simul et ab hoc historiam suam, et principia conversionis rerum Philippi II. auspicatur. Haud tamen negabo, Carolum V. firmandae apud Belgas dominationis filio rationes tradidisse, sed eo iudicio atqve cautione, ut ex severitate teneret modum, et longe aliter tractaret Belgarum ingenia, atqve Hispanorum. Propterea abdicaturus se Belgicae imperio, serio atqve enixe Philippum admonuit, ut qvicqvid sibi patri deberet, in amorem curamqve populorum suorum, *in qvorum loco praecipuos habuit Belgas,* transferret *Fam. Strada lib. 1. H. B. Belg. Apud qvem et legas, cupivisse Carolum Belgicam regni titulo possidere, sed qva prudentia profundissimoqve dissimulandi ingenio erat, has texisse destinationes, et publicae utilitati remisisse, velut prodito faciendorum omittendorumqve exemplo, unde filius intelligeret, Belgas armis acui magis atqve excitari, contra otio relangvescere paulatim, et ubi vi abstineas, ultro imperium pati.* g. *Verba, ut tunc res turbidae esse coeperant, aspera, et habentia infaustum omen defectionis, qvae in qvantum plena est, ac privationem omnis parendi iuris denotat, serius contigit, et qvatenus ex perpetuo foedere aestimatur, numerari primum debet ab anno supra millesimum qvingentesimum septuagesimo et nono. Vulgus, et cum hoc autor descriptionis Belg. Germanice editae*

ineptas

multo tempore satis aperte tentarunt, non solum omni studio impedientes, ne humiles nostrae preces, fidelesqve explicationes ad aures tuas pervenirent: verum etiam eas ipsas, atqve omnia, qvae in hisce provinciis evenerunt, in deteriorem partem interpretantes, falsissimeqve deferentes: nimirum ut hac

ineptas init rationes, dum computat A. cIↃ IↃ LXXI. Sed vero et hic foedus temporarium a perpetuo est secernendum, prius Gandavense, alterum dicitur Vltraiectinum: illud coaluit A. cIↃ IↃ LXXVI. hoc A. cIↃ IↃ LXXIX. coivit, cumqve eo coeperunt primordia Belgii bipertiti, id est, in Hispanicum et Foederatum divisi. De utroqve alibi et separatim dicemus: hic satis est intellexisse, Belgium Hispanicum hodieqve imperii ambitu contineri, illusqve ratione Hispaniae regem et beneficiarium esse imperatoris et subditum, ex formula transactionis publicae A. cIↃ IↃ XLIIX. confectae editaeqve, qvam roborant aliae imperii constitutiones, in qvantum pacem publicam sanciunt: faciuntqve illuc acta comitiorum Ratisponensium ad A. cIↃ IↃc LXVII. Qvod usqve adeo verum est, ut imperium teneatur ei de praestanda securitate, qvatenus imperii membro, ac suscipere eius defensionem, si ab hoste appetatur. Neqve hoc prohibet §. instr. Pac. Osnabr. et ut eo sincerior: *Siqvidem 1. non est rationi naturali consentaneum, paciscentem pacisci velle contra seipsum, aut corporis sui membra: 2. neqve impedit Caesarem, eiusqve successores, ferre isti Belgio ac Burgundiae opem, ubi de iure imperatoris et imperii agitur. Nam ubi est iusta et sufficiens causa defensionis eius iuris, qvod imperio debetur, atqve eorum membrorum, qvae ad consociationem corporis civilis imperii pertinent, ibi ne qvidem praesumi potest talis interpretatio ex pacto, qvae inhibeat eius legitimam defensionem, et si forsan qvid inhibeat, ac de non immiscendo se bello caveat, illud nullatenus pertineat ad casum iustae defensionis ac necessitatis. Huc spectat* replica *Speidelii contra Robertum Gravelium 6. Iul. A. 1667. in Comitiis Ratisponensibus exhibita:* rationes Hispanicae *apud H. Brevverum act. publ. a p. 141. usqve ad 146:* epistola responsoria *ad I. C. L. B. A. B. Cuius rei causa superiori qvoqve anno 1672. initum est foedus inter Augustissimum Caesarem Leopoldum et Sereniss. El. Brandenburgicum, cuius capita comprehensa sunt in Diario Europaeo ad h. A. Nec poeniteat evolvisse Albericum Gentilem l. 3. de iure belli cap. 18. Hug. Grotium lib. 2. c. 25. 2.*

Ce-

hac ratione Belgicorum Ordinum concordia divulsa, et perturbatione rerum inducta, provincias sub tuo nomine vi opprimere, atqve ita subditorum tuorum fortunis ac vita libidinem suam explere, et affectus cupiditatesqve suas exatiare possent. *b* Hoc est, clementissime rex, qvod clientes tui summo iure

Ceterum de iustitia foederati Belgii non eadem initia, qvi successus observatur. Tunc enim conspirationes cum omni suo vitio desierunt, qvum rex Hispaniae facta sui iuris cessione in solidum, Belgii foederati Ordines populumqve pro liberis ac sui iuris habuit, et publica pactione declaravit, qvanqvam et cessio ista primo ambiguae interpretationi disceptationiqve obnoxia fuit. Sed age conficiamus rationes, et tempora referamus. Foederatum enim Belgium prius facto suo, qvam iure liberum evasit. A. cIↃ IↃ LXXVI. foedere Gandavensi temporario, A. cIↃ IↃ LXXIX. in perpetuum coivisse, iam pro vero affirmavimus: nunc tantummodo addimus, per idem tempus editas esse in publicum caussas, qvibus facto praeferrent titulum. A. autem cIↃ IↃc IX. pactis cum Hispano induciis, tanqvam liberi, *sive* qvasi liberi *declarati sunt: A. demum cIↃ IↃc XLIIX. vere, plene ac reipsa liberi atqve sui iuris facti sunt, atqve ab eo tempore ex capite iustae et legitimae transactionis tales sunt ac merito habentur. Nam si forte ipsi imperio Hispanorum iure se eximere non potuerunt, si maxime etiam resistere ad tempus, et munire se contra iniustam vim potuissent, et vindicare ea iura privilegiaqve, qvae iureiurando servaturos se promiserant eorum Principes, tamen Hispani, qvatenus de iure ipsorum agebatur, qvod nemo praeterqvam Hispani in ipsos habebant, renunciare suo in ipsos iuri in solidum, et eximere imperio suo penitus, ac collocare in eo statu, qvo acciperent supremam et a nemine dependentem potestatem, haud dubie potuerunt.* h. *In his praecipuus erat Granvellanus, qvi non qvod aeqvum et iustum, sed qvod libertati Belgarum convellendae idoneum putabat, odio erga Auriacum et Egmondanum svasit. Reidanus ad A. cIↃ IↃ LXVI. Script. Hugenott. p. 65. 66. Cum enim Margaretha Parmensis moderate faceret svaderetqve, Granvellanus in praecipitia conversus, dissvasit, qvicqvid ratione temperatum erat. Hinc a Philippo II. impetravit, qvod vellet, rege eo prono, unde spes dominatus atqve utilitas ostendebantur. Capita mandati regii, qvod flagitaverat, haec erant.* Vti per universum

iure sibi persvaserunt, nullum atrocius aut luctuosius calamitatis atqve miseriae genus accidere unqvam potuisse, qvam qvod reipsa experiantur, aditum ipsum facultatemqve conqverendi apud legitimum ac nativum dominum, qvem sibi pro tutissimo refugio i in extremis suis calamitatibus accepe-

Belgium inqvisitio constituatur: inqvisitoribus ad singulas provincias ex supremo senatu adiungantur consiliarii, qvorum opera et industria in exeqvendo suo munere adiuventur: edicta antiqva severe ubiqve observentur: Episcopi in omnibus civitatibus inaugurentur: Concilii Tridentini decreta passim edicantur: omnibus deniqve modis Evangelii doctrina, et ii, qvi illam seqvuntur, penitus ubiqve profligentur. *Ea acta sunt A. CIↃ IↃ LXV. Mense Decembri. Cur vero Granvellanus tam infensus fuerit Auriaco Egmondanoqve, caussa erat, qvod ipsis, nec immerito, grave esset, ferre Granvellanum externum, ferre antistitem humili loco ortum, qui et praeferatur sibi, et tam insolenter agat, ut unus imperare omnibus videatur. Igitur exacerbati, de Granvellano e Belgica eiiciendo deliberant, tam enixe acriterqve, ut procidentem ad pedes deprecantemqve offensas audire abnuerent, iam expulsuri, ni sponte exiret. Sed brevi post, ut exitus docuit, ipsi proceres spretae reconciliationis poenas dederunt. Postea enim, qvam Granvellanus, omnis gratiae recuperandae spe deiectus e Belgio excessit, omnibus modis id egit effecitqve, ut per speciem restituendae auctoritatis regiae, qvam nullius magis, qvam horum procerum culpa eviluisse affirmabat, firmandi armis imperii, id est, invehendi dominatus consilium claret, Albanus autem male cogitata consultaqve vi ac saevitia impleret. Ingenti errore Philippi II. qvi sciscitari debuerat, qvid cum Granvellano in Belgio actum fuisset, et scire, Albanum militiae, qvam regimini Belgico aptiorem esse. V. Hugenott. anon: et Reidanum d.l. conf. supra lit. c.*

i. *Convenienter instituto et recte Manuel Palaeologus ad Ioannem filium in praecept. educ. reg. cap. 85.* ὁ ἀληθῶς βασιλεὺς, τοῖς ὑποταττομένοις πλήθεσι πατρὸς, ποιμένος, ἰατροῦ, διδασκάλου, καὶ εἴ τι χρῆμα δύναται σώζειν, τόπον σώζων τυγχάνει. *Et sane significantissimum vocabulum* τοῦ σώζειν, *qvod eodem instituto usurpavit Lysias orat. XXV. de probatione Evandri. Huc spectat oratio I. qva imaginem boni moderatique prin-*

perant, inimicorum atqve aemulorum iniqvitate ita eis praeclusum fuisse, ut idipsum, qvod brutis animantibus concedi solet, ut mala ac miserias suas eiulatu testentur, variis pessimisqve artibus, et immani qvadam crudelitate ipsis interdictum ac plane ereptum fuerit. Qva de causa qvum multo tempore ita affecti fuerint, planeqve secum statuerint, ut tolerantia adhibita optatissimum illum diem expectarent, qvo maiestas tua semel oculos atqve aures accommodatura esset, ad ea audienda atqve introspicienda, qvorum adspectum et auditum malevoli odio atqve invidia flagrantes hactenus impediverunt: tamen qvum iam ad extremum videant ac sentiant, oppressionem legum ac libertatis de die in diem graviorem intolerabilioremqve fieri, neqve solum ad privatum ipsorum detrimentum atqve perniciem: verum etiam ad earum provinciarum, qvae tibi parent (qvae qvidem olim summa prosperitate floruerunt) ruinam eversionemqve spectare: *k* nulla ratione committere possunt, qvin pro

principis exhibet Manuel, et imitandam omnibus principibus ante oculos ponit. Conf. Syvesius in libro pulcherrimo eiusdem argumenti ad Arcadium, et Iamblichus in ep. Reliqva enim, qvae proxime in contextu epistolae seqvuntur, figuram habent, et rhetoribus solitam exaggerationem: nam et hunc ad modum legas institutam conditionis hominum brutorumqve comparationem apud Philemonem Γνωμ. θηρία τρισμακάρια καὶ τρισόλβια.

k. *V. libellus ob ingravescentia in Belgio mala Gvilielmi Auriaci auspicio A. CIↃ IↃ. LXXII. editus. Gvil. Baudartius polemograph. part. 1. p. 89. Iac. Aug. Aug. Thuanus ad A. 1566. et A. 1571. 1572. seq. Fam. Strada lib. 2. Hist. bell. Belg. Adeo verum est, qvod scripsit Sallustius Orat. I. de rep. ord.* cuncta imperia crudelia magis acerba esse, qvam diuturna: contra qvi benignitate et clementia imperia temperavere, his laeta et candida omnia visa. *Et perapte Grotius ad inceptum:* mitia imperantium ingenia, potentiam temperando auxere.

 l. *Pro-*

pro ea fidelitate, qvam ad ultimum usqve vitae ſpiritum tibi et patriae probare deſiderant, novo rurſum ſcripto maieſtati tuae teſtentur atqve declarent, nihil ipſos impenſius optare, qvam in integra perpetuaqve tuae maieſtatis obedientia durare: *l* obnixe orantes, ut originem ipſam calamitatis harum pro-

l. *Propterea in libello ſupplice A. 1566. exhibito comprobant et teſtantur, ſe contra regis maieſtatem nil tentare molirive: Thuan. ad A. 1566. Nec aliud praeſefert inſcriptio vexillis Auriaci militis inciſa:* PRO LEGE, PRO GREGE ET REGE. *Apparetqve hoc ex actis ſeqviorum temporum, et conſtat, ſerius Belgas eiuraſſe obſeqvium, amore in nativum Principem, an conſcientia prohibitos. Nam A.* cIↃ IↃ LXIIX. *et* cIↃ IↃ LXXII. *profitebantur adhuc, et ſcriptis confirmabant, nil contra regem, ſed pro rege, et caritate patriae et libertate omnia facere et pati decreviſſe: qvod oſtendunt paſſim acta publica, et literae Principis Arauſionenſis Gvilielmi: id porro confirmat libellus ſupplex A.* cIↃ IↃ LXXIV. *ad regem ſcriptus, ſed non allatus exhibitusqve, remittente Campignio, qvod aſperius ſcriptus fuiſſet. V. Emman. Metteranus ad h. A. Tum vero poſt Gandavenſem, qvae dicitur, pacificationem ac foedus annis duobus reſcripſit Andinus, Belgii patrocinium ſuſcepturus,* ſuum hoc votum ac deſiderium unicum eſſe, non ut rebellantes adverſus legitimum Principem populos protegat, qvod inimici impudenter iactitent, verum ut pacem concordiamqve ordinum tueatur: ius aeqvabile conſtituat, populos intolerandis oneribus levet, &c. *apud Thuan. ad A.* cIↃ IↃ LXXIIX. *Qvanqvam autem haec in ſpeciem adornata videntur, et ſecretis Auriaci inſtigationibus longe diverſa agebantur, tamen nec tum imperio Hiſpani ſe exemerunt prorſus, ſi factum ſpecto, nedum eiurarunt: donec poſt initum Traiectinum foedus, qvod permanſurae in perpetuum reipublicae initium atqve firmamentum eſſe voluerunt, A.* cIↃ IↃ LXXX. *publice ſancirent ac promulgarent, Regem Hiſpaniae, et qvicunqve ipſius ſucceſſores poſteriqve eſſent, imperio in foederatas provincias Belgicas excidiſſe. Fam. Strada lib. 4. II bell. Belg. cum qvo conf. Metteranus, Gvilelmus Maius, Boxhorn. chr. ad d. A. qvi tamen parum accurate ſcribit, nec ſatis exigit ſua ad leges prudentiae civilis, cum affirmat, Foederatos Belgas, recepto duce Alenſonio,* alium iam dominum agnoviſſe: *ad A. 1581. non enim Dominum,*

provinciarum, et qvibus autoribus, qvibusqve modis invecta fuerit, cognoſcere velit, ut pro innata ſibi benignitate veri regis officio fungens iuſtitiam defendat, et ditiones ſuas ab huiusmodi vi oppreſſioneqve tueatur. Primum hoc a maieſtate tua qvanta poſſunt animi ſummiſſione petunt, in memoriam revocare, ſecumqve expendere velit, Belgicas ditiones, qvum olim in diverſorum dominorum fide ac clientela fuiſſent, poſtmodum matrimonialibus contractibus, mutuisqve ſtipulationibus, ac tandem iure legitimae ſucceſſionis et pacti, Burgundiae familiae, tanqvam capiti acceſſiſſe. Deinde etiam intercedentibus matrimoniis cum illuſtriſſima familia Auſtriaca, ac tandem cum potentiſſimo Hiſpaniarum regno ſociatas fuiſſe; *m* iis tamen ſemper expreſſis conditio-

num, ſed Principem iurisiurandi religione ac pacto reipublicae obligatum agnoverunt, ut indicat transactionis formula, et eventus, apud Reidanum, Belgii ſcribam, et rerum adeo in republica gnariſſimum, ad A. 1582.

m. *Habuit igitur Belgium ſeparatam a regno Hiſpaniae indolem ac ſeorſim ſua iura, atqve adeo cum Hiſpano-Auſtriis unum caput, ſed non ſub iisdem legibus, ac uno civitatis nexu, qvippe ex diverſa cauſa, nec ut regni Hiſpanici pars acceſſione acqviſitum, neqve aliter, qvam ſub imperii Teutonici, cuius ſupremo dominio antea illigatum fuit, auſpiciis regendum, ſed eo modo, ut ſuum qvaeqve provincia ius, et qvicqvid ex ſtipulatione conditionali debebatur, retineret. Id enim evincunt tot transactiones et pacta conventa, qvorum ſummam praeſens epiſtola repraeſentat. Reſpexitqve huc Ioannes Meurſius lib. 1. rer. Belg. dum mutatam religionem et imminuta privilegia pro iuſti belli cauſa babet. Nec temere dicas, Belgicae Ordines fuiſſe ſubditos meros, qvi tot privilegiis pactisqve innixi erant, ac non modo deliberans, ſed etiam decidens in ſenatu Reipublicae ſuffragium avito more inſtitutoqve ferebant: qvod auſu iniqviſſimo ſuſtulit Dux Albanus, cum A. cIↃ IↃ LXVII. inſtitueret Senatum ſangvinarium, ac non modo iure ſuffragii, ſed etiam conſilii Ordines arceret. Gvil. Baudartius polemograph. part. 1. p. 135. Sim. Schard. de reb. geſt. ſub Max. II.*

n *Sane*

tionibus et contractibus, ut in iisdem ditionibus singulisqve provinciis speciatim sua cuiusqve Reipublicae administrandae ratio, iuraqve et immunitates ab omni memoria per manus traditae sartae tectae manerent: *n* ita ut nulli unqvam harum provinciarum, nulli etiam regno ius aut dominium in aliam provinciam competere posset, ad eius iura, immunitates ac privilegia ulla ratione infringenda: qvin potius communi concordia et aeqvali gradu uno aliqvo Principe sive capite uterentur, ut multi liberi uno patre, ut huiusmodi concordia convenientiaqve intercedente, dignitas ipsorum principis, et provinciarum salus ac prosperitas adversus exterorum insultus atqve extremam vim propugnari ac defendi posset. Qvin et princeps ipse harum ditionum, ut paternam animi propensionem ac benevolentiam in singulas ex aeqvo provincias declaret, qvum imperium adit, eiqve inauguratur, solenni iureiurando se obstringit, promittens unicuiqve provinciae sigillatim, se ita praefuturum ac guberna-

n. *Sane his ex mente Ordinum positis, non potest dici, omnem iurisdictionem in Principes Belgicos ita translatam fuisse, ut Ordines atqve populus eius nil haberent, siqvidem penes hos ab ultimis retro temporibus fuit ius cum Principibus de republica deliberandi ac statuendi, nec plus his licuit, qvam pacto et voluntate Ordinum delatum fuerat, argumento principatus iure optimatium temperati, a qvo vis et dominatus, et cogitationes de redigendo in patrimonium herilis monarchiae abesse debuerint. Nam ut Nomothetica huic principatui legem dederat, ita svadendo obire partes Buleutica, et referre eo rationes omnes, ac demum exeqvi Dicastica recte atqve convenienter debuit, ut in eo statu sisteretur respublica, in qvo esse coeperat iuxta primorum acqvirentium, atqve hoc respectu cum Principe paciscentium voluntatem. Itaqve Belgicae Ordines revera, et qvatenus accurata ac propria notione loqvimur, cives erant, in qvantum hi sunt μετέχοντες τȣ̃ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, apud Aristotelem l.3. de rep. et in eum Petrus Victorius p. 248.*

o. *Hunc*

naturum, ut ſingulis ſua iura, immunitates ac privilegia ſarta tecta tueatur: neqve permiſſurum, ut illa aliqva ex parte infringantur vel imminuantur: neqve ut una provincia in alteram ullum imperium habere poſſit: *o* tantum abeſt, ut omnes ſimul exteri cuiuspiam imperio gubernationiqve ſubiiciantur. Hiſce conditionibus acceptatur declaraturqve dominus harum ditionum, accipiens hoc pacto a ſubditis iuramentum fidelitatis atqve obedientiae. Qva qvidem de re ſupervacaneum eſt, longiorem orationem inſtituere, qvum procul dubio Maieſtas tua ſatis meminerit, qvo pacto g. m. *p* Carolus V. Imperator, maiorum ſuorum veſtigiis inſiſtens,

o. *Hunc ad modum, nec infirmis rationibus approbatur, fuiſſe in Belgio plurium rerumpublicarum, qvas ſubalternas, aut coordinatas vocant, eamqve uni ſummo imperio, priusqvam in factiones iret, obnoxiam, atqve ſic ſalvis iuribus dependentem a Principe ut Princeps eodem reſpectu ab imperio dependeret. Faciunt huc, qvae Procopius appoſite et inſtituto convenienter de huiusmodi foederatis civitatibus ſcripſit, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ τῇ ὁμοίᾳ ἐς τὴν πολιτείαν ἀφίκοντο: qvod ſic converto:* pari et aeqvali iure in rempublicam (imperium) venerant (coiverant) *Vand. 1. Nam id nec abludit a provinciis Belgicae, et congruenti interpretatione etiam accommodari poteſt ad πολιτείας ὑπαλλήλους, ſive nexu qvodam illigatas.*

p. *His literis ea forma ſcriptis denotabant veteres ſive malum genium, ut apparet ex Plutarch. de defectu oraculorum, ſive gentem malam, ut ex Probo et Papia conſtat, ſive geminam Minerviam, qvod ex lapidibus colligit Sertorius Urſatus, ſive etiam qvandoqve Germani, ac Germanici cognomen, qvod norunt, qvi notas literarum interpretantur: Sed nec illae huc pertinent, nec hanc probamus, qvando alii exiſtimant, ſignificari literas,* genitoris maximi: *nunc enim, niſi me omnia fallunt,* glorioſisſimae memoriae *ſigna habeo prono in hanc ſignificationem contextu, et ſenſu minime obſcuro, ac more ſcribendi pragmatico alias recepto. Saepe etiam in aliis publicorum actorum formulis* piae aeternaeqve memoriae, *interdum* glorioſiſſimi *titulo ornatur. V. inſtructio Ioanni Auſtrio data,*

qvae

ſtens, optimeqve intelligens iuramentum illud inaugurationis, cuius modo mentionem fecimus, unicum eſſe firmiſſimumqve fundamentum, cui tam potentia et auctoritas Principis, qvam fidelitas et obedientia ſubditorum innititur: curavit, ut M. T. ipſo vivo atqve adeo praeſente, eodem iuramento praeſtito acceptaretur, et inauguratio tua (qvam felicem adventum vocant) *q* in omnibus provinciis atqve ab omni-

qvae extat apud Phil. Honorium th. polit. cont. p. 105. Nam Belgae hoc elogio inclinatae Latinitatis utuntur partim amore erga Carolum V. cuius nominis gratiſſima recordatio erat, Strada l. 1. p. 30. vel ipſius Gvilielmi Auriaci confeſſione, qvae continetur eius apologia A. ClↃ IↃ LXXX. edita, cuius curſim meminit Metteranus ad A. eundem: partim fiducia, qvam de Philippo animis concipiebant, imitandi tandem paterni exempli, ac commutandi regiminis, qvo hactenus in vitam fortunasqve ſuas impune ſaeviendi poteſtatem Albano fecerat.

q. *Hinc* privilegia a laeto introitu *dicta reperias in tractatione Antverpienſi, apud Schard. de reb. geſt. ſub Maximil. II. T. IV. p. 61. Factumqve hoc boni ominis cauſa, et qvo rumores, qvi de Philippi ingenio dominandi avido ſpargebantur, exoleſcerent, qvos poſtea eventus docuit, non confictos, nec vanum Gvilielmi Auriaci fuiſſe metum, dum principio recuſaret legati munus, qvod impoſitum a Carolo V. fuerat ad exhibendam Septemviris abdicationis imperii formulam, per ſpeciem optantis, ut auguſta dignitas deferretur ad filium: revera ut cuperet, omitti abdicationem eius Principis, cuius clementiae ſecurus erat. Fam. Strada l. 1. H. belli Belg. p. 6. Neqve Auriacus neſciebat, placiturum Philippo conſilium, qvod et pater eius cepiſſet antea, et e ſua, non Ferdinandi, domo expetiviſſet ſucceſſorem. Io. Meurſ. lib. 1. rer. Belg. Multum abit ab hac ſententia auctor Mantiſſae ad inſtrumentum pacis p. 90. dum opinatur, Carolum V. ob Hiſpaniae longinqvitatem, et imperii, ſi Philippus filius conſeqveretur, ſeipſum non capientis molem voluiſſe, ut deferretur ad Ferdinandum fratrem. Perinde ut id, ac melioribus momentis, de ceſſione Auſtriae factum cenſet Textor de rat. Stat. p. 112. 113. Sed illa tantum abeſt, ut conveniant conſilio Caroli, ut qvoqve actis ipſius repugnent, licet non ſucceſſerit eventus, qvalem propoſuerat Carolus V. Thuanus ad A. 1551. ubi commemorat,*

omnibus fere civitatibus iuramento confirmaretur. Primum tanqvam futuro, et qvidem unico Caesaris heredi. Deinde discedente imperatore, qvum M. T. plenum absolutum-

ret, omne id irritum fuisse, qvod hucusqve inter Carolum et Ferdinandum de imperii successione actum fuisset. Qvamvis enim Carolus V. primo fratrem, tamen postea mutato consilio, Philippum filium imperio destinavit, frustratus autem constantia Ferdinandi, et obnitentium prudenter Septemvirorum, vehementer doluit, subeunte animum praecipitis facti poenitentia. Propterea Meursius tradit, consilii parum constantem fuisse, et cum penitius rem attenderet, obnoxium suae magnitudini imperium iudicasse, et arcana qvadam necessitate obstrictum. *Eo vid. Burgold. ad instr. pac. part. 1. p. 28. qvi hic ab Irenico, id est, a seipso dissentit. Praeclare iterum Thuanus, ut alias, commemorat, hist. lib. 5. ad A. 1548. Carolum V. rebus prospere euntibus, cogitare coepisse, qvemadmodum* retractaret fratris inaugurationem, *et filium relinqveret in imperio successorem pariter et heredem: conf. idem hist. l. 2. p. 26. Qvod sane, sicut multa alia, indicio est, Carolum affectasse imperii plenam ac hereditariam monarchiam. Propterea Gab. Bartholomaeus Gramondus l. 4. H. Gall. a Carolo V. repetit initium vastae et velut in vinculis habitae Germanorum libertatis. Alioqvi de vita et rebus gestis Caroli tradiderunt Zenocarus, Staphylus, Ulloa, Petrus Mexias, Nicolaus Mameranus: electionem eius monumentis commendavit Georgius Sabinus, praeterea inaugurationem, sive coronationem Aqvisgranensem complexus est Hartmannus Maurus, Sabino accuratior: Bononiensem enarravit Henricus Cornelius Agrippa: Cur se abdicaverit imperio atqve omnibus ditionibus, non inscite, nec leviter exponit Fam. Strada, et sic attingit hanc partem, ut referat egregia qvaedam atqve certo explorata. Add. Lud. Gvicciard. comment. lib. 3. Abdicationis historiam perseqvitur Gvilelmus Godelevaeus; apud Sim. Schard. T. 2. rer. Germ. p. 658. et Goldast. pol. imp. part. 7. p. 378. conf. T. 1. const. imp. ad 1556. Qvanqvam autem abdicatio, sive cessio imperii cum cessione hereditariarum ditionum a nobis hic coniungitur, tamen alias distingvendae sunt, qvam qvae maxime: siqvidem ex una et eadem causa non acqvisita, non possunt uno et eodem iure aestimari: qvo fit, ut nec ipsius abdicationis, in qvantum accommodatur ad rationem et causam acqvirendi, par aestimatio sit et aeqvalis effectus, ac certe non idem conseqvens. Nam*

lutumqve *r* imperium et adminiſtrationem harum ditionum adiret, idem iuramentum denuo in comitiis omnium totius Belgii ordinum recitatum arctiusqve conſtabilitum eſt: adeo ut ab omni memoria conſtet, haſce ditiones privatis uniuscuiusqve provinciae legibus, immunitatibus atqve privilegiis ſemper adminiſtratas fuiſſe. Qvam qvidem adminiſtrandi rationem tanta obedientia, obſervantia et fides in Principem eſt ſubſeqvuta, tantus provinciarum inter ſe amor tantaqve concordia, ut (divina opitulante clementia) ditiones proſperrimo feliciſſimoqve rerum ſtatu hactenus floruerint, earumqve principes in ſummo honoris ac dignitatis faſtigio conſtituti, hoſtibus ſuis admirationi terroriqve fuerint.

Et

ceſſio imperii tantundem operabatur in Carolo V. qvantum a Septemviris nomine imperii acceperat: acceperat autem pro ſe, non pro filio, item titulo electionis, non hereditatis, ut ex Sanctione imperatoria A. clɔ Iɔ XIX. condita manifeſtum eſt: contra qvam acceperat Belgicam iure ſangvinis innixam, et illo momento, qvo ſe abdicabat, in Philippum filium devolutam. Sed haec iudicari poſſunt ex diſſertatione noſtra de eo, qvod abdicationis intereſt: *conf. Io. H. Boecler. in Hug. Grot. l.2. cap.7.*

r. *Plenum abſolutumqve imperium hic dicitur, non qvod limitatum non fuerit ac definitum pactis; aliud enim tota haec epiſtola innuit: ſed qvia poſt abdicationem Caroli V. iure hereditario ac proprio ad Philippum nomine Principis pervenit. Tantumqve abeſt, ut his verbis αὐτοκρατορία confirmetur, ut contrarium qvoqve colligatur, ſi ex conſtitutione reipublicae, et conventorum formulis verum ac civile, uti par eſt, iudicium feratur. Neqve ea abſoluti notio eſt apud ſcriptores claſſicos, qva vulgus utitur in exprimendis imperiis plena ac regia poteſtate praeditis, perinde uti nec reſtricta audiunt, qvae paterna vocantur ac temperata, ſed qvae dominationi obnoxia ſunt, et praeferunt vim herilem, contra qvam communiter haec vox ſumitur, et praeter decorum ſtyli, ac contra uſum ſcriptoris hiſtoriae auguſtae. Alioqvin ultro concedemus, Philippum II. ea ſignificatione dici potuiſſe Principem abſolutum, qva eum ex mente Themiſtii expreſſit Georgius Remus ICTVS, orat. 6. ad Valentinianum: ubi affirmat,*

Et qvidem ne, ex veteribus hiſtoriis exempla repetamus, qvae qvamplurima huc afferri poſſent, haec ipſa ſubditorum tuorum fidelitas ſatis in omnibus bellis a Caeſ. Maieſt. fuit declarata. Atqve ut bona tranqvillitas et protectio harum ditionum maximae ſemper illi curae fuit: ita etiam Maieſtas tua meminiſſe poteſt, qvam accurate, qvamqve ardenter et amice ſub diſceſſum ſuum haſce provincias prae reliqvis omnibus tibi commendarit atqve tradiderit. Qvin etiam M. T. qvum ſub inaugurationem ſuam difficilimis bellis, graviſſimisqve oneribus ex praeteritis involuta eſſet, reipſa com-

mat, Principem ſuis numeris abſolutum effici, qvi ſibi primum, deinde et aliis iuſta imperare norit: *non magis ſtylo, qvam inſtituto huius epiſtolae convenienter. Qvod cum negligeret Philippus, non ſtabilivit potentiam ſuam, ſed infregit, neqve ſopivit ſeditionem, ſed auxit. Vt vanum ſit et commenti ſimile, qvum Albae Dux ſuperbo titulo gloriatus eſt*, qvod extincta ſeditione, rebellibus pulſis, religione procurata, iuſtitia culta, pacem firmarit: *apud Stradam lib. 7. Baudart. polemogr. part. 1. p. 140. 141. Siqvidem illius ſaevitia ſeditionem concitavit, non extinxit, rebellium, qvos inclementer vocat, audaciam incendit, non compreſſit, religionem inqviſitione labefactavit, non procuravit, iuſtitiam contempſit, non coluit, pacem ſuſtulit, non firmavit, demum fidem, pacta, leges atqve iura reipublicae violavit. Sed tandem ſera atqve inutilis poſt factum poenitentia fuit, qvam non obſcure declarabat Albanus, cum A. cIↃ IↃ LXX. XVI. Qvinctilis promulgaret decretum oblivionis, ſed qvae Belgarum prudentia erat, illi fidem non tribuebant: 1. ob contrarium exemplum Hiſpanici moris: 2. qvod non abrogaretur ſenatus ſangvinarius: 3. immunitates atqve privilegia Ordinum intercepta non inſtaurarentur: 4. iisdem ſuffragia decidentia iniqve et praeter avitum ius adempta non reſtituerentur: 5 immodica tributa non remitterentur: 6. multa alia iſti veniae cauſa dato diplomati adverſa admitterentur agerenturqve. Neqve Belgas ea opinio fefellit, qvod acta proximorum annorum teſtantur. Ex qvibus nos colligimus imprudentiam Albani, primo qvod ingenio militari vir regendi artes ignoraret, praeſertim eius populi, ubi ſedes atqve domicilium libertatis*

comperit, s qvam alacres et parati fuerint subditi tui cuiusvis ordinis, pro sua qvisqve facultate et viribus, ad vitam et fortunas suas pro tua salute ac dignitate exponendas. Qva in re provincia tota ita officio suo satisfecit, ut maiestas tua devictis hostibus suis, summo honore et gloria apud omnes Principes parta, finem omnibus bellis atqve discordiis, qvibus

tatis constitutum erat : deinde qvod, cum scire debuisset, ab initio utilem esse clementis famam, *ipse statim odium sibi conciliaret, cum magistratibus urbium claves auferret, ac reposcentibus negaret : tum recusaret audire supplicantes, et satisfacere aeqvis ipsorum postulatis: ad haec, qvod Belgis imperii ultro patientibus iugum impositurus, ad desperationem adegisset : demum qvod civitates maritimas occupare neglexisset : siqvidem tunc primum feliciter iacta sunt fundamenta Belgii armis vindicati in libertatem, qvum Comes Lumaeus A. CIↃ IↃ LXXII. ex Anglia, ubi denegatum fuerat perfugium, solvens, fortuito Brielam, urbem situ commodam, et futuris rebus opportunam appulit, ac nullo negotio in potestatem redegit, qvo factum est, ut exemplum iret ad ceteras urbes, essentqve prima inter has Vlissinga et Enckbusa, qvod sane magnum fessis Belgarum viribus robur attulit : incauto Albano, et qvod terra plurimum polleret, versus mare ad exitium usqve rerum Hispanicarum securo, ut qvi satis haberet, imitari consilium Thrasybuli Periandro datum, et qvaesitae tyrannidis indicio primores, ac vita et fide sua innoxios tollere e republica ratus, his veluti* salmonibus amotis, facile capi ranunculos posse. *V. Hugo Grotius lib. 2. Annal. Belg. p. 40. conf. Thuanus hist. lib. 37. Baudartius hanc ob causam, Belgii Sullam, nec immerito, appellavit : nam tot caedes, tot proscriptiones, bonorumqve publicationes nil alienum habent a Sullae factis, atque adeo pari foeditate notantur.*

s. *Vel sola duo praelia ad fanum Qvintini et Gravelingam fidei atqve meritorum Belgicae gentis Procerum memoriam renovare nunc potuerunt, qvod iis egregia Belgarum fortitudo apparuisset, praesertim Egmondi, qvi ad S. Qvintinum pugnandi ardore constantiaqve omnes, et ipsos Hispanos, longe praestitit, cum regis ipsius Philippi iudicio, cum insigni testimonio Galliae legati, qvi Egmondo capite multato, ad Carolum IX. Galliae regem perscripsit haec verba,* vidisse se in Bruxellensi foro

bus per tot annos maiores tui ditionesqve vexatae fuerant, impoſuerit. Nunc ſi Maieſtati tuae placuerit (qvod qvidem miſeri fidelesqve ſubditi tui humilibus precibus abs te contendunt) diligenter inveſtigare atqve expendere, qvisnam fuerit fons atqve origo immutationis, ex illa praeclara tranqvillitate proſperitateqve, in hanc adeo miſerabilem perturbatio-

ro decuſſum illum verticem, cuius virtute bis Gallia contremuerit: *apud Stradam hiſt. Belg. lib. 7. p. 224. collat. lib. 1. pag. mih. 14. 23. Venitqve in huius laudis partem Hornanus, et ob operam bello Gallico navatam laudatur a ſcriptore Hugenotto, ex qvo non exiguam hiſtoriae ſuae partem deſumpſit Thuanus, et cultiori ſaltem ſtylo, verbis qvandoqve leviter mutatis, adornavit, Stat. reip. ſub Carolo IX. p. 139. His annumerandus eſt Gvilielmus Auriacus, perinde ſua laude, ac familiae dignitate inclutus Princeps, cuius maiores Naſſoviae comites multis ante ſeculis in Belgica, et priusqvam ea ad Auſtrios pervenit, conſederunt. V. Henricus Aqvilius chron. Geldr. in Ottone Naſſovio, primo comite Geldriae, et ibidem notae Petri Scriverii. Illius etiam meminit Ioannes de Beka in chron. Vltraiectino, poſtqve hunc Io. Is. Pontanus hiſt. Geldr. l. 6. qvi comitum Naſſoviae dignitatem ab Henrico Aucupe arceſſit. Id vero nobis certum eſt atqve exploratum, Geldriae praefecturam, poſtqvam iure atqve titulo comitatus ornata eſt, beneficio Henrici IV primo Ottoni Naſſovio collatam fuiſſe. Aqvilius Henricum III. nuncupat, nec male, qvatenus in ſerie imperatorum conſideratum extulit, neqve id neſciunt, qvi diplomatum notitiam compararunt, et ipſe plus ſimplici vice obſervavi. Sed Orangii principatum nulli obnoxium ſerius adepti ſunt, ſiqvidem Renatus, qvem avunculus eius Philibertus ſucceſſorem aſciverat, Gvilielmum, de qvo hic agimus, patruelem ſuum, eundemqve Gvilielmi ſenioris filium poſtea Belgicae Arminium, heredem ſcripſit, Ioannes Textor chron. Naſſov. Rudolph. Diephold. Geneal. Naſſov. p. 115. Illo autem ſcelere ſicarii ſublato, ſucceſſit in Principatu filius natu minor Mauritius, qvia Philippus Gvilielmus maior natu Hiſpanos cuſtodia aſſervatus, pro civiliter mortuo Senatus Batavi iudicio habebatur. Ev. Reidanus annal. Belg. ad A. 1586. conf. Strada lib. 7. pag. mih. 212. Baudart. polem. part. 1. pag. mih. 28. Reliqva ut obvenerint, alibi memorabitur: nunc ſufficiat tradidiſſe, Gvilielmum noſtrum*

cum

bationem et calamitatem rerum, qva nunc temporis ditiones tuae opprimuntur, deprehendet procul dubio, eam non aliunde oriri, qvam ex sceleratissimo odio atqve invidia, qvam t qvidam maiestati tuae intimi conceperunt, qvaqve adhuc concitantur adversus opulentiam prosperitatemqve, qva Deus Opt. Max. ditiones subditosqve tuos ornarat. Qvod qvidem odium atqve invidia, cum insatiabili qvadam avaritia aliisqve pravis cupiditatibus flagraret, ita eos in omne genus confidentiae crudelitatisqve praecipites egit, ut prorsus obliti omnis benevolentiae, studii atqve officii, qvod hisce ditionibus (a qvibus summis honoribus ac beneficiis erant affecti) debebant, perniciosissimum horum civilium motuum,

cum opprimere potuisset in aditu Belgii Albanum, et non nesciret rumorem de mutanda republica dissipatum, fidem servare maluisse, qvam tale qvid admittere in regem. Scriptor Hugenott. cit. loc. pag. 87. Illud vero hic iustum commovere dolorem potest, qvod uno atqve eodem tempore habitum fuerit consilium de extirpandis Hugenottis, et de subvertendis Belgarum iuribus. Everard. Reidanus ad A. cIↃ IↃ LXVI.

t. *Qvi notum habent Philippi II. ingenium, atqve prudentiam, qva futura solertissime aestimabat, vehementer mirantur accepti tam sinistri consilii rationes. Et qvidem 1. qvod saevo ira: undoqve animo virum, et regendi prorsus imperitum Belgio regendo imposuisset. 2. qvod plenam agendi atqve disponendi omnia potestatem concessisset, usqve eo, ut plus qvam sorori Margarethae Parmensi tribuerit, apud Baud. part. 1. p. 34. 3. qvod qvaecunqve fecisset, rata haberet rex, et postqvam Belgium saevitia sua commoverat, reducem prolixe accepisset, et multa benevolentia amplexus fuisset. Nam qvod postea regis gratia excidit, ex alia causa factum est, nempe ob stuprum virgini in gynaeceo regio illatum a Friderico eius filio, et paulo post e custodia, in qvam datus fuerat, elapso, patre Albano consilii conscio, et qvod id ad imminuendam auctoritatem regiam pertineret, Vzedam relegato. Thuanus ad A. 1578. Strada l. 7. Baudartius part. 1. p. 148. 4. qvod, cum praeter regis mandatum qvaedam fecisset, Anglorumqve naves detinuisset, et genti hucusqve amicae atqve sociae iram, qvae postea bello*

um, non absqve summo maiestatis tuae publicaeqve harum provinciarum utilitatis detrimento, omnibus artibus et machinationibus adhibitis excitarunt, nimirum ut ea ratione ad summum dignitatis gradum, de qvo non solum Ordines harum provinciarum, verum etiam Maiestatem tuam deturbare conantur, facilius pervenire possent. Qvum vero facile intelligerent, se hoc nulla ratione consecuturos, salvo iure ac privilegiis harum provinciarum, qvae teterrimis illorum conatibus ex diametro, qvod aiunt, repugnabant, qvumqve animadverterent, qvam diligentem ac fidelem operam Provin-

bello qvoqve materiam dedit, commovisset, regis tamen offensam neqvicqvam incurrisset. Histor. Belgic. A. 1583. edit. col. 226. 227. Strada lib. 7. 5. qvod cum talia praevidisset sapientissimus rex, eum ex Belgio, in qvo tantum Hispaniae momentum erat, qvamqve, cum in dotem Alberto daret, abalienare noluit, ut affirmat Thuan. ad A. 1598. non citius revocasset, qvod, dum commercia Belgica labefactasset, tributa immodica, unde vera ac potissima defectionis causa arcessitur, imperasset, statuam sibi regis iniussu ponendam curavisset, atqve his et aliis modis insolentius fecisset, rex ea omnia aeqvo animo tulisset, praesertim qvod nemo illi aemulatione infestior esset, qvam Rodericus Gomesius, amicitia regis validus, et consilio potens, apud Stradam lib. 7. Sunt, qvi hic allegent ineluctabilem fatorum vim, Deiqve iram in res Belgicas, et immotum Philippi excandefacti animum, nec laturum tantas populi immunitates, ut qvi motus Belgicos inter prospera duxisset, Reidanus ad A. 1566. qvin imo palam affirmasset, malle se omnium rerum iacturam facere, qvam committere, ut auctoritas; qvam in dominandi severitate collocabat, periclitaretur, Conestagg. l. 4. de bell. Belg. Alii contra existimant, Philippum II. iram, qvam ex infausto Albani regimine conceperat, arte aulica, et alioqvi Hispanis familiari texisse, usqve dum se occasio daret eius declarandae, et ultioni, qvae hactenus dilata fuerat, qvalemcunqve causam, et cum alia non suppeteret, alienam culpam praetexendi: ita factum, ut exaggeraretur filii crimen, ac una vindicaretur in patrem, erumpente, qvae dudum latuit, indignatione. His assentiuntur, qvi regnantium mores astusqve aulicos intelligunt, eo vid. Strada .. 7. pag. 256. collat. 237. 238.

vinciae in ſuo qvaeqve ordine vocationeqve navarent, qvamqve ſancte iuxta formulam iuramenti abs ſe praeſtiti privilegia ſua propugnarent ac tuerentur, neqve ulla ratione infringi ea labefactariqve ſinerent: u in hoc unum velis, et remis, ut dicitur, incubuerunt, ut omnes gubernatorum atqve Ordinum in hiſce ditionibus actiones, qvae ad defenſionem con-

u. *Iterum tacite reſpiciunt tabulas de ſententia Caroli V. et Ordinum imperii A. cIↃ IↃ XLIIX confectas, qvibus privilegia atqve immunitates Ordinibus Belgii conceſſae liberaliſſime confirmantur, argumento dominii beneficiarii ſupremi, qvod ex tabularia docebatur, et longe poſt aſſerebat Rudolphus II. Caeſar, allegatis eo* archivis, indultis, concordatis et imperii receſſibus. *V. actio Belg. pacif. Gaſp. Ens p. 8. Sed neqve ſic negabo, Carolum V. prorſus excuſandum, ſaltem in parte libertatis ſacrorum, eo qvod A. cIↃ IↃ L. edictum in Belgio promulgaſſet, qvo capita qvaedam dictarum tabularum petebantur. Neqve id Paulus Piaſecius, ſcriptor Polonus, et ſaepe ad res exteras digreſſus ignoravit, qvi obſervat, legem Caroli V.* Placardus *dictam, paſſim inviſam, et qvaſi foedere facto A. cIↃ IↃ LXVI. id eſt, ſexdecim poſtea annis, qvam ſe imperio et Belgio abdicaverat Carolus, antiqvatam: Chron. geſt. in Europ. p. 20. Faciebant eo pacta cum Belgis ipſiſmet inita, ac ſemper animis obſervabatur Conſtitutio A. cIↃ IↃ XLIX. de individuo Belgii atqve totius Burgundiae Principatu, ſalvis tamen ſingularum Belgii provinciarum iuribus privilegiisqve conſervando. Hanc autem atqve pactiones alias ſanctas eſſe volebant Belgae, nunc autem violari multis modis, nec iniuria qverebantur, et qvod ſecius, qvam conventum eſſet, ageretur, non regi, ſed adminiſtris eius imputabant, qvi ſvadebant, principatum dominatu mutandum eſſe, perinde ac ſi nimia licentia feciſſent Belgae, ut in conſpirationis poenam verteret iſta converſio principatus, et privatio omnium privilegiorum. Nec a vero abludam, ſi ex illorum temporum rebus actisqve comprobare ſtudeam, iam A. cIↃ IↃ LXVII. qvem infauſtus in Belgium Albani adventus inſignem reddidit, Hiſpanos Belgii provincias haud ſecus, qvam armis ſubactas habuiſſe. Vid. Piaſecius d. l. Futiles autem ſunt Hiſpani ſcriptores Ioannes Mariana, et Melchior de la Cerda, qvum alter ſcribit vehementius, alter affectans oratorem, multum ab hiſtorico abeſt.*

x. *Non*

conservationemqve eorundem privilegiorum pertinebant, ita ad Maiestatem tuam deferrent atqve interpretarentur, qvasi ii ipsi defectionem aliqvam rebellionemqve adversus Maiestatem tuam molirentur. x Inter qvos qvum praecipui essent

x. *Non dubium est, nec probatu difficile, Belgas etiam nondum supremum imperium adeptos, eo loco fuisse, qvi salutis suae, privilegiorumqve conservandorum causa defendere se potuerint. Nam adeo non plena ac regia potestas Principum erat, ut qvoqve Ordines in partem reipublicae venirent, tum qvod eam legem primi acqvirentes recepissent, et talem ad modum recepisse se solenniter ac iurato confirmarent, tum qvod ex primo reipublicae contextu non aliter constaret, ac ultimis retro temporibus praefectos tantum, non Principes, nedum exqvisita potestate praeditos, haberet, tum qvod cum electionem praefectorum successione Principum mutarent, Principes non plus successione obtinere possent, qvam pacto in rem publicam consecuti fuerant. Nec facit diploma Caroli simplicis (vulgus enim Carolo Calvo ascribit) qvod extat apud Ianum Dousam annal. Holland. l.5.p.178. seq. ut ab hac sententia nos dimoveri patiamur. Etsi enim ille praeceptum atqve mandatum est, ut Theodericus Hollandiae comes beneficio Caroli concessa* libere omnia teneat atqve possideat, habeatqve de his potestatem iuxta libitum suum ordinandi, seu faciendi: *tamen id multum abest, ut spectet ad Hollandiae Comitatum. Nam iste non erat in ditione regum Galliae, sed pertinebat ad Austrasiam, cumqve hac regno Germaniae annumerabatur. Illudqve eo magis asseqvi qvisqve potest, qvod exploratum est, Carolingis, qvibus Germaniae regnum obtigit, Conradoqve I. Franco extinctis, Austrasiam, qvae alias Lotharii regnum audit, ac Lotharingia indigitatur, a Carolo simplice, qvi eam invaserat, Henrico Aucupi regi traditam fuisse: siqvidem huic obvenire debuit, qvatenus Carolingorum in regno Orientalium Francorum Saxonumqve successori. Vid. Sigeb. ad A. 923. Flodoardus in chron. et Continuator, qvi dicitur, Reginonis Abbatis Prumiensis, ex Flodoardo, dum non init accuratas temporum rationes, corrigendus. Post Henricum armis vindicavit Otto, et velut partem iusto corpori illigavit. Otto Frising. Chron. lib.6.cap.19. Testanturqve id diplomata passim obvia apud Baldericum in chr. Cameracens. Aub. Miraeum in cod. donationum, Io. Is. Pontanum in histor. Gelrica, aliosqve*

essent qvidam Ecclesiastici nominis, omni studio omnibusqve rationibus elaborarunt, ut praetextu religionis cum aliis exteris, etiam iis Ecclesiasticis, factionem aliqvam inirent, atqve ita paulatim secretis mahinationibus fraudulentisqve artibus hasce ditiones in maiestatis tuae odium pertraherent, ut ita ipsi et suae factionis homines (qvi profecto non maiestati tuae, sed exteris Principibus et provinciis in Italia et alibi, ac praecipue Romano Pontifici iureiurando obstricti erant *y*) ius ac dominium in has ditiones invadere, eosqve prout sibi commodius visum esset, propagare, possent. Posteaqvam enim senserunt Ecclesiastici, in finitimis regionibus, atqve adeo per universum Christianum orbem ingentes crassissi-

plures. · *De pacto Bonnensi, qvod inter Carolum simplicem et Henricum Aucupem A. DCCCC XXI. coaluit, tradidit Iacobus Sirmond. not. ad capitula Caroli Calvi: Miraeus notis. E. B. ad h. A. Conf. Frising. Chr. lib. 6. cap. 18. Inter reges Germaniae stirpe Saxonica ortos, et postea imperatoria dignitate auctos primus, qvod cognitum ex diplomatis habeo, titulum regis Lotharienfium sumpsit Otto I. nec tamen semper usurpavit, salvo nihilominus atqve indubitato iure, atqve suprema potestate in regnum Lothariense. Nam scriptura titulorum est voluntarii iuris gentium, nec eadem apud gentes, et diversa hodieqve apud Europaeos, sic tamen agentibus singulis erga gentes singulas adhibenda, prout ea institutio singularum est recepta atqve usu confirmata, usqve adeo, ut si consulto secus fiat, et is, per qvem secus fit, aut qvi facit, ut secus fiat, aliqvoties admonitus, mori institutoqve gentis seorsim consideratae convenienter scribat, neqve tamen sic aliter scribere iste velit, ut propterea indicia suppetant, mutata tituli aut mutila etiam scriptura, iuri alicuius gentis metuendum esse, bello possit praebere causam, inqvantum illo ipso infertur gravis iniuria, et committitur aliqvid in summae potestatis contemptum, iuriumve eius detrimentum. Nec id modo de titulorum, sed etiam de signorum titularium, qvae* et caeterationes *in literis publicis regum nuncupantur, scriptura affirmasse reges constat, apud Ioannem Gilenium triumph. Sved. p. 149. Sed vero et hic controversia praetensionum saepe litem movet, et facit, ut titulus, qvi a prim-*

ſiſſimosqve abuſus et errores, qvi longinqvitate temporis, ex nimia inſcitia, negligentia, avaritiaqve ſacerdotum irrepſerant, nunc tandem prodi ac detegi: qvumqve iam pii omnes ab iis abhorrere coepiſſent, qvod ii qvorum illa unica cura eſſe debebat, populum verbo Dei paſcere, ſanaqve doctrina et puris moribus imbuere, et cultum Dei ad exemplum Prophetarum et Apoſtolorum promovere, deſerto officio ſuo non ſolum adverſus evidens Dei praeceptum, verum etiam adverſus Pontificum decreta, contraqve omnes veterum conciliorum, atqve adeo contra omnes Principum ac provinciarum ſanctiones, ſeſe in ſecularis, ut vocant, ac civilis iuris adminiſtrationem,

principe ſumptus, et ab aliis aſcribi ſolitus eſt, ab eo, qvi contra ſumentem obteſtatur, atqve eo praetenſionem allegat, omittatur, ut multis in Germania exemplis doceri poſſet: at mihi demum ad Carolum Simplicem redeunti ſatis eſt, obſervaſſe, eum ſupremam in Belgica poteſtatem ſaltem uſurpaſſe ad tempus, et ab anno 912. usqve ad 923. regnum Lotharianum, qvod poſtea a Germaniae regibus vindicatum recuperatumqve eſt, retinuiſſe, ſic tamen, ut conceſſio illa paulo ante allegata reſpiciat tantum Eccleſiam Egmondenſem cum qvibusdam acceſſionibus, non Comitatum Hollandiae, inqvantum Hollandiae eſt, qvippe qvi nunqvam ita a Comitum arbitrio pependit, ut ipſis ſolis pro libitu illic diſponere, et plena liberaqve ac ſua tantum atqve propria poteſtate de eo ſtatuere liceret. Id certe conſtat, ſi iure experirentur, imperatoris iudicium appellandum fuiſſe: nam eum ad modum Fridericus Aenobarbus Hollandiae comiti, et Epiſcopo Traiectino ius dixit, cuius rei expeditae rationes ſunt et prompta documenta in diplomatis a Friderico I. et II. imp. conceſſis, apud Io. Is. Pontanum hiſt. Gelr. lib. 6. p. 110. et 126. Tum et illo ipſo aevo Hollandiae Comites imperii Germanici Ordinibus aſcripti ſunt, argumento confirmationis pacis Venetae, qvam exhibet Goldaſtus imp. conſt. tom. 3. pag. 358. praeterea Gvilielmus, poſtea Romanorum rex electus, ſe nuncupat vaſallum imperii liberum, *qvo ſpectat diploma electionis A. 1247. De ducatu Burgundiae ad iurisdictionem imperii pertinente vid. Henrici IV. (qvi in ſerie imperatorum V. eſt) diploma ad A. 1190. Hodie ſane Optimatium regimen ſtatu populari temperatur,*

 atqve

nem, qvinimo in bellica et politica provinciarum negotia, ſupra omnes infimae ac ſupremae iurisdictionis Dominos ingererent, eaqve pro ſuo arbitratu gubernarent : Idcirco ipſi ſumma qvadam animi acerbitate falſiſſimas calumnias excogitarunt, multisqve delationibus et fictis criminationibus fideles ſubditos tam tuae Maieſtatis, qvam aliorum regum ac Principum, apud ſuos praefectos et reges onerarunt, malitioſis falſiſſimisqve calumniis ſeditionis rebellionisqve accuſantes.

Qvi-

atqve illo ipſo qvadrat ad veterum Rempublicam Punicam, iudicio Boxbornii inſt. pol. lib. 2. c. 5. et Lentuli in Tacit. c. 9. p. 220. qvin et ad Spartanam, qvatenus eius ſupremus praefectus conſideratur, cuiusmodi eſt repetitis auſpiciis declaratus, VVilhelmus III. Auriacus Princeps, idemqve Belgii foederati feliciſſimus ſervator. Interim conſ. Grot. de antiq. reip. Batav. Mart. Schoock. in Belg. foed. l. 1. c. 3. de qvo tamen auctores ephemeridum obſervant, non aſſecutum eſſe eas rationes, qvibus Belgii arcana continentur: ephem. erud. T. 2. part. 1. p. 107. recenſ. Latin.

y. *Vetus haec qverela eſt, et Germaniae noſtrae cum Belgio communis, praeſertim a tempore Gregorii VII. cuius et Henrici IV. epiſtolae fontes et capita ſunt, unde cetera huius argumenti in rebus Germanicis deducuntur: eas recenſuerunt Reinerus Reineccius, et Chriſtianus Vrſtiſius, viri doctiſſimi, et in eruendis Germaniae antiqvitatibus ſeduli. Sed qvod auſus fuerat Gregorius, poſtqve eum molitos accepimus Vrbanum II. et Paſchalem II. id tandem conſecutus eſt Calixtus II. ceſſione Henrici V. apud Ottonem Friſingens. lib. 7. Chron. c. 16. Conrad. Vrſperg. Chron. ad A. 1122. Abb. Stad. ad A. eund. Chronicon Reichersbergenſe a Chriſtoph. Gevvoldo editum ad A. 1119. Alb. Crantz. Saxon. lib. 5. c. 42. et 38. collat. Vtcunqve vero iſta ceſſio facta eſt, tamen nullo iure ſuſtinetur, et qvicqvid eius reſpectu geſtum eſt, reſcindi ab imperatoribus tanqvam Henrici V. in imperio ſucceſſoribus, poteſt, prodito ab Ottone IV. Imp. exemplo, vindicaturo iura ab Ottone I. acqviſita, niſi impeditus fuiſſet. Chron. Montis Sereni ad A. 1211. Ceterum vid. Henr. Meibom. de iure inveſtit. epiſcopal. imperat. Roman. adempt. ſingulari diſſertatione: et Herm. Conring. de conſtit. epiſcop. German. Fuitqve tempus, qvum huius iuris Pontificibus conceſſi abuſus tantus fuit, ut Pontifices omnis officii erga imperatores ſuos obliviſcerentur:*

Gre-

Qvibus artibus omnia Imperia atqve provincias atrocibus dissidiis, atqve discordiis, imo vero flagrantissimorum bellorum incendiis miscuerunt, subditosqve in dominos, et dominos in subditos concitarunt. Ad summam, perturbato rerum omnium ordine ac statu, deforme atqve horribile qvoddam chaos invexerunt, parum soliciti, in qvos calamitas esset redundatura, modo ipsi dominatum, qvem sibi propositum habebant, promo-

Gregorius VII. qvi et Hildebrandus dicitur, praefracte affirmavit, se aut mori, aut Henrico IV. animam regnumqve adimere velle: epist. Henrici IV. ad Hildebrand. Innocentius III. ausus est dicere, vel Philippum sibi insigne Apostolicum, vel se Philippo insigne imperatorium detracturum, ad A. 1198. Ferme piget recordari conspirationis a Clemente VII. adversus Carolum V. coeptae, qvam is abrogata ad tempus per Hispaniam auctoritate Pontificii nominis, iure ultus est, apud Thuanum hist. l. 1. qvam ob causam, licet iustam, et ab imperatoris officio minime alienam, eum perstrinxerunt Fridericus Staphylus et Franciscus Turrianus, qvorum insectationes nunc supervacuum est commemorare. Et notae sunt expostulationes Thomae Campanellae, monachi non indocti qvidem, sed saepe inepte stomachantis, de cuius ingenio ex Caesario Banchidauria constare potest. At nemo in Carolum dixit vehementius, nemo scripsit acerbius, qvam Alphonsus Aemilius Sebastus, qvi Granvellani consiliis eo redactum tradit, ut neqve qvid aeqvum sit, videret, neqve qvid bonum. *Agit ille causam Protestantium, et haud obscure respicit studia Caroli in Paulum III. atqve foedus ad opprimendos Smalcaldicos cum eo initum, Sleidan. comment. lib. 17. qvapropter cum imperator, debellato Ioanne Friderico Septemviro, Halis Saxonum substitisset, Paulus eum auxit titulo maximi ac fortissimi, Laurent. Sur. comm. pag. 556. Procul dubio, ut victorem magis incenderet, qvippe exitii illorum Principum cupidus, qvi ab Sedis Romanae obseqvio discessionem fecissent. Haud aliter, atqve Philippi II. aevo Pius V. Pontifex impulsor atqve flabellum motuum Belgicorum fuit: qvi et Caroli filii, qvod Belgas fovisset, suspecti, occidendi auctor creditus est. Thuan. ad A. 1568. ex eoqve Lundorp. continuat. Sleidan. ad A. eundem: his adiungantur Strada dec. 1. lib. 7. Metteranus l. 3. conf. Baudartius polem. part. 1. et Io. Laetus hist. univ. p. 432.*

z. Ve-

promovere possent, reliqvis omnibus sub imperium suum ac potestatem redactis. Hoc etiam consilio, Inqvisitionem (qvae adversus Iudaeos primum Christianiqve nominis abiuratores instituta fuit z) in has regiones vi invehere conati sunt: ut eius ope ac subsidio omnia provincialia iura, privilegia et consvetudines, atqve adeo omnes contractus iuramento confirmatos et pacta funditus everterent atqve delerent: eaqve ratione plenam absolutamqve potestatem et imperium in omnes fideles tuae Maiestatis subditos exercerent, qvi nihil aliud qvam iuramenti, qvo se tibi obstrinxerant, fidelem observationem tuebantur, atqve urgebant, omnem aliam exterorum dominorum, tam Ecclesiasticorum qvam laicorum introductionem recusantes, qvippe qvi nihil aliud sibi propositum haberent, qvam eos fallis haereseos rebellionisqve criminationibus opprimere, ut eo facilius id, qvod statuerant, conseqverentur. Eodem etiam consilio, novos suos Episcopos, qvorum institutio manifeste omnibus iuribus provincialibus, privilegiisqve iureiurando confirmatis repugnat, et magnam regiae Maiestatis authoritatisqve tuae imminutionem secum tra-

z. *Vetustior inqvisitio videtur, qvam fert opinio haec, et qvantum recordor, sec. XIII. instituta est contra Albigenses, qvi in numero haereticorum habebantur, et magna incrementa capiebant, qvod Pontificibus tam indignum est visum, ut illis extirpandis omnem curam adhiberent, eoqve hortarentur Principes, nec prius desisterent, qvam edictis imperatoriis officium inqvisitionis sanciretur. V. historia inqvisitionis a Paulo Veneto edita, qvae multum luminis huic argumento allatura est. VVernerus Rolevincius usqve adeo incensum Innocentium Pont. fuisse testatur, ut nil haberet antiqvius, nec qvicqvam ageret diligentius, qvam ut arma contra ipsos caperentur, ad A. 1204. Et sane Paulum Venetum ea fiducia tenet, ut asserat, ante A. cIↄ cc. nomen inqvisitionis prorsus fuisse inauditum. Atqvi vero Conradus Vrspergensis ad A. cIↄ XCIIX. inqvisitionis contra Iudaeos factae meminit, tametsi affirmari oporteat, serius legibus de ea constitutum*

trahit, vi invexerunt: neqve iis qvidem ob ipſorum probitatem aut eruditionem ad id electis (nam plerumqve indoctiſſimos ineptiſſimosqve homines delegerunt) ſed hoc unum ſibi proponentes, ut fideles adminiſtros atqve auxiliatores haberent, qvi ipſorum ferocitati atqve libidini obſecundare, crudeliaqve eorum conſilia absqve ullo cuiuspiam metu exeqvi poſſent. Qvum vero ſcelerata illorum conſilia, eorumqve futuri eventus magis ac magis qvotidie innoteſcerent, et in publicum erumperent, coeperunt optimates, et provinciarum gubernatores, ipſaeqve adeo civitates continuis petitionibus et teſtificationibus, aliisqve rationibus Maieſtati tuae ſignificare, qvantopere dignitas et iurisdictio Maieſtatis tuae hoc pacto imminueretur, atqve ab ipſis inqviſitoribus et epiſcopis proculcaretur: qvi maxima ex parte exteri ac peregrini, omnesqve exteris dominis iuramento obſtricti, atqve adeo (ut ipſimet profitentur) a tua iurisdictione liberi exem-

tutum fuiſſe. Neqve tantum contra Iudaeos, ſed etiam contra Mauros ſeveriſſimae inqviſitionis negotium in Hiſpania ſuſceptum eſt, tum contra quosvis a Romana religione alienos adhibita, et multis modis laudata a Dominico Bannis, Doctore Salmanticenſe. Conſtatqve ex Ioanne Mariana, et Paulo Veneto, qvid cum iis actum fuerit: De Philippi II. temporibus prodidit Iacob. Aug. Thuanus hiſt. lib. 43. addatur Reginaldus Gonſalvius art. inqviſit. Hiſpan. detect. Nec qvicqvam fuit, qvod perinde afflixit Hiſpanorum res, qvam iſta inqviſitio, qvippe qvae Belgas irritavit, ac Hiſpaniam foris exoſam, domi deſertam inopemqve reddidit. Contra id eximium ac ſingulare in Carolo V. fuit, qvod inqviſitione, qvae et Romae Paulo IV. odium peperit, apud Thuan. lib. 23. abſtineret, qvod providiſſet, illam ad Belgii ſuamqve perniciem pertinere. Lundorp. contin. Sleidan. ad A. 1581. Nec gravius unqvam damnum acceperunt commercia Batavorum, qvam inſtituta inqviſitione, qvod eius metu perterritis mercatoribus, negotiatio pannorum transferretur ad Anglos, et plurimi incolarum Belgio excederent, Thuanus hiſt. lib. 40. Uſqve adeo verum eſt, qvod ad

E Lice-

exemptiqve eſſent. *aa* Hoc etiam tibi evidentiſſimis rationibus comprobarunt, et ob oculos poſuerunt, huiuscemodi innovationes nulla plane ratione invehi poſſe, qvin tota regio in perpetuam qvandam vaſtitatem, extremamqve perniciem adduceretur, qvum facile intelligi poſſet, omnem illum religionis praetextum nihil aliud fuiſſe, qvam larvam, cuius ſpecie Maieſtati tuae imponerent: atqve ita omnes qvi apertos ipſorum abuſus et vitia dicto vel facto oppugnarent, improbarent ac damnarent, aut a manifeſtis ipſorum erroribus (qvos ne ipſi qvidem celare poterant) deſciſcerent, e medio tollerent. Qvorum qvidem tantus erat in hiſce ditionibus numerus, adeoqve in ſingulos dies creſcebat, ut ſi Maieſtas

Liceſtrium pronunciarunt foederati Belgii patres, iam olim navigandi mercandiqve uſu Belgarum res ſtetiſſe, *apud Reidanum ad A. 1586. Non enim heri demum, aut nudius tertius, ſed a multis ſeculis navigatio floruit apud Belgas, et indicia ſuppetunt, apud Carolingos Belgas navigationis atqve negotiationis ſtudioſos fuiſſe: eo vid. diploma Caroli, adhuc Patricii Romanorum, apud ſcript. Vit. Lud. Pii p. 446. ed. Hanov. Et legere eſt in tabulis publicis, ipſis qvoqve Friderici I. aevo cum transmarinis populis commercia fuiſſe. Pontanus hiſt. Geldr. in Frid. I. Qvin et ex Iano Douſa colligas, cum vetuſtiſſimis Pruſſis ſocietatem habuiſſe, vel eo argumento, qvod Hollandiae nomen a Pruſſis impoſitum exiſtimet: annal. Holland. lib. 6. p. 246. Qvod tamen non perinde certum eſt, ac dictum a Douſa, viro alioqvi Batavarum rerum egregie perito: ſiqvidem id nos arceſſimus a Danis, et in huius ſententiae parte ſentimus cum G. Hornio orb. imp. period. 2. cap. 6.*

aa. *Epiſtolae huius auctores duo agunt, ut probent primo, Epiſcopos ſe immiſcere rebus ad ſuum Ordinem non pertinentibus: deinde imminuere iura regiae poteſtatis. Qvae paulo aliter, ſenſu tamen eodem refert Mich. Caſp. Lundorp. contin. Sleidan. ad A. 1574. ubi illius rei ſummam complectitur, atqve ita instituti curſum tenet, ut oſtendat, ſe huius epiſtolae auctores ſecutum eſſe. Sed de priori capite qvid ſentiant, perſpeximus, nempe qvod fines muneris egreſſi ſint Epiſcopi, dum contra Dei iuſſa et ſacras*

ieſtas tua illorum inſtigantium conſiliis ac ſvaſionibus acqvieſcens in inſtituta ſeveritate perſtitiſſet, te ad extremum Regem absqve populo, et praefectum ſubditis deſtitutum reddituri fuerint, qvemadmodum manifeſte ſatis conſtare poteſt ex innumerabili multitudine eorum, qvi in hiſce ditionibus praetextu religionis ferro, igni, aqva, miſerabiliter extincti ſunt: ut eos praetereamus, qvi exilii cauſa ſolum verterunt, qvi ſecum omne genus opificiorum artificiorumqve mechanicorum in alias regiones transtulerunt, cum incredibili earundem provinciarum ac Maieſtatis tuae detrimento. *bb* Hac porro cauſae Maieſtatem tuam tandem moverunt, ut aeqvabilita-

tras leges, ac tot civiles Eccleſiaſticasqve conſtitutiones res ab officio ſuo diſcrepantes tractarent, atqve falcem in alienam meſſem immitterent. Primus, qvem qvidem ego legerim ſeculi rebus immixtum, militiaeqve artibus deditum, fuit Anepos, de qvo haec tradit Ado Viennenſis pag. 196. edit. Baſil. Anepos Epiſcopus, ſecularis converſationis Vir, duxit exercitum Francorum contra Vviliarium in Svevos, ubi gravisſima caedes facta eſt, anno incarnationis Domini ſeptingenteſimo duodecimo. *Unde intelligitur, Brunonem Ottonis I. Imp. iuniorem fratrem haud primo omnium artes ſeculi cum ſacerdotio coniunxiſſe, ſiqvidem hic ducentis qvadraginta et uno annis poſt Aneporem vixit, qvam in res ſeculi incubuit, et regno Lotharicano dux impoſitus, archiepiſcopatum pariter atqve Lotharingiae ducatum ſuſcepit. Vvitechindus Corbei. annal. Sax. l. 2. Continuator Reginonis ad A. 953. Detmarus Merſeburg. Chron. lib. 2. magno ſane Ottonis errore, qvem expertus eſt, cum paulo poſt ipſi adverſaretur Bruno, et licet cum eo rediret in gratiam, tamen exemplum transmitteret ad alios epiſcopos, et poſtqvam illud in vitioſum morem abiit, turbandi ſaepe iis occaſionem daret, praeſertim ab iſto tempore, qvo ceſſo inaugurationum Eccleſiaſticarum iure, Henricus V. permiſit, Praeſules Germaniae Pontificibus iurisiurandi religione aſtringi, qvod non eſt e republica, et adverſatur imperii dignitati, atqve ſupremo imperatorio iuri. Eqvidem de Ottoniano aevo certum eſt, Epiſcopos accepiſſe civile imperium et ſeculi iura, ſed vero pleroſqve hactenus, ab exceſſu autem Friderici II ferme obtinuiſſe omnes, ſeculo ſane infelici*

bilitate qvadam moderationeqve edictorum rebus afflictis consuleres: expresse declarando, te eius animi non esse, ut inqvisitio in hisce regionibus stabiliretur. Qvod ipsum etiam a ducissa Parmensi et provinciarum gubernatoribus, Maiestatis tuae nomine civitatibus et communioni, solenni iuramento intercedente, condictum promissumqve fuit, et in omnibus civitatibus, expresso mandato supremi praefecti, promulgatum publicatumqve fuit. Ceterum haud multo post tempore hoc ipsum rescissum fuit, per eos qvos ante diximus, qvi hoc Maiestati tuae depinxisse ac persvasisse videntur, qvasi illud decretum ad Maiestatis tuae dignitatem existi-

feli[illegible] atqve horrido, tunc maxime, qvum Gvilielmus et Richardus ap[illegible] sunt reges Romanorum, qvorum ille ex usu putavit fore, si daret a[illegible]pr[illegible]aretqve, qvod adulta Pontificum auctoritate corrigere non posset, n[illegible] et regalia et administratio bonorum temporalium episcopis concederetur: *Chron. Mindens. ex recens. Pistorian. pag. 744. huius autem tempora [illegible]a difficilia ac motibus perturbata fuerunt, ut Gregorius X. qvoqve minaretur, nisi prospicerent de capite sibi Principes Electores, effecturum se, ut suo atqve Cardinalium iudicio imperator eligeretur. V. fragmentum [illegible]ricum auctoris anonymi apud Vrstisium part. alt. p. 93. Sed legibus atqve decretis antiqvis longe aliter constitutum. Qvam in rem extat can. [illegible] qvi dicitur Apostolorum: ubi curae atqve officia secularia (κοσμικαὶ φροντίδες) usqve eo removentur ab episcopis, ut qvi contra fecerint, de[illegible] atqve iudicatum sit, munerum Ecclesiasticorum iacturam facturos. Consentiunt mores Carolini aevi, et comprobant constitutiones collectae ab Ansegiso, apud qvem l. 6. c. 61. haec leguntur.* Siqvis episcopus, presbyter aut diaconus, vel subdiaconus ad bellum processerit, et arma bellica indutus fuerit ad belligerandum, ab omni officio deponatur, in tantum, ut nec laicam communionem habeat. *Testis est scriptor Ludovici [illegible] cap. xi. edit. Hanov. sub haec tempora episcopis datas esse leges, qvibus [illegible]rentur ad sacrum officium, et consisterent intra sacerdotiorum [illegible], ac procul essent negotiis secularibus tanqvam ab se alienis. Sic enim [illegible] allegatus scriptor.* Coeperunt deponi ab episcopis et clericis cingula, baltheis

existimationemqve imminuendam pertineret: cum rumorem contra omnem veritatem aeqvitatemqve spargendo, subditos tuos ea ratione se a debita Maiestati tuae obedientia subducere velle. Ita ut videatur Maiestas tua eiuscemodi illorum instinctu tandem eo pellecta fuisse, ut ducem Albanum ex Hispaniis huc cum exercitu mitteret, ut vi atqve

arma-

theis aureis et gemmeis cultris onerata, exqvisitaeqve vestes, sed et calcaria talos onerantia relinqvi. Monstro enim simile ducebat *Ludovicus* si Ecclesiasticae deputatus familiae, conaretur aspirare ad secularis ornamenta gloriae. *Ut insitè induunt ac temere loqvantur cum historicorum vulgo, qvi docent, Episcopos iam Carolovingorum aevo civile imperium urbiumqve dominium consecutos fuisse. Qvanqvam illa ipsa, qvae adduximus, satis indicant, Episcopos temporibus Carolinis paulatim coepisse efferre se, ac imitari mores seculi, atqve accepisse beneficia qvaedam, qvae seculum prae se ferrent, verum tamen civile imperium, atqve in territoria potestatem non designarent. Neqve enim hoc evincit privilegium, qvod Ferdinandus Episcopus Paderbornensis, usqve rerum Germanicarum apprime intelligens, in monument. Paderbornensibus allegavit. p. 200. Si maxime enim de illius veritate non est disceptandum, tamen ea non est congruens interpretatio* iudicii secularis, *cuius ibi mentio fit, qva denotat potestatem dicundi iuris proprio nomine ac territorii ratione competentem, qvandoqvidem Episcopi tunc nondum regni Carolini Principes fuerant, nec unqvam ita dicti aut scripti sunt, neqve regalia sine adiectione ac per eminentiam appellata habuerunt: multum enim interest inter* regale iudicium, *qvatenus id usu curiae Carolinae cognoscitur, et regalia, qvatenus intelliguntur significatione insigniori, qvae consvetudine seqvioris aevi introducta est; certe haec neqve Duces, nec Comites, nec Episcopi obtinuerant; illud autem exercebatur iure magistratus, et saltem pertinebat ad legatos Principis, cumqve hi abessent, cognoscebant Comites, aut qvi ab his constituti, atqve eo delegati erant, ad qvos de collegiorum monasteriorumqve curatione referebant advocati, postea ambitione episcoporum, ac infelicitate temporum exclusi. V. Ioach. Vadianus apud Goldast. T. 3. rer. Aleman. a qvo tamen ea parte discedo, qva Comitibus illis tribuit, qvae meri imperii nominibus significantur, pag. 16. Sed manifesta haec sunt, et alioqvi constat*

armata manu ſubditos tuos ad id cogeret atqve adigeret, ad qvod ipſi ſua ſponte ſumma cum obedientia animiqve demiſſione ſemper praeſto fuerunt. Ac tametſi gubernatores harum provinciarum civitatesqve ipſae iuſtis de cauſis vereri poterant, ſe graves iniurias accepturos per vim externi militis, et gubernationem cuiusdam gubernatoris exteri, nulloqve

ſtat ſatis, neqve eſſe e republica, et periculi plenum intelligi, qvod Epiſcopi Pontificis ſacra amplexi, a Pontifice qvoqve dependeant, qvi tamen nec membri in republica Germanica ius, nedum capitis qvaeſitum habet. Et ea tamen Imperatorum indulgentia eſt, ut Pontifici hodieqve permittant epiſcoporum inaugurationes, et eas qvidem inaugurationes, qvae partem imperii conſtituunt, qvaeqve civili et ſummo imperio nullo iure, et nulla data cauſa praeripiuntur. De Philippo II. tamen non miror, cur aliam ingreſſus viam ſit, atqve Pontifici et epiſcopis tantum indulſerit, qvod religio ipſi dominatus inſtrumentum eſſet, et hac qvoqve parte a Carolo patre, qvi Dominum ſe Pontificis non clientem exhibuerat, vinceretur, ac ſero agnoſceret, Eccleſiaſticorum magnitudinem cum gratia nobilitatis ſtare non poſſe, *licet et moriturus illo ipſo Paulum Pontificem imitaretur, qvod inqviſitionem, qva Belgii res hactenus in deterius lapſae fuerant, commendaret: conf. Thuanus hiſt. lib. 120. et 123. Atqve ita exiſtimo intelligi alterum, qvid nempe fuerit, qvod Philippum induxit, ut ipſe dominationis ſtudioſiſſimus retineret, qvod dominationem inſigniori parte labefactabat, atqve in extremum prope diſcrimen adducebat: cum enim cuperet regna atqve Principatus omnes in provinciam redigere, hanc ſtabiliendae auctoritatis praecipuam rationem putabat, atqve iam e vita migraturus eodem animo erat, qvod Philippo III. filio hanc imperandi rationem approbaret, ut partim* Cardinales Romae, *partim* Epiſcopos praepotentes in Germania conciliaret. *ac penſionibus velut auctoramento obligaret, apud Thuanum d. lib. 120. Illud vero conſilium ab Hiſpano olim proditum, nuper rex Galliae uſu probavit, et niſi advigilaſſet Leopoldus, Belgio ſervitus, Germaniae maximum periculum imminuiſſet.*

bb. *Cur Eccleſiaſtici Pontificibus obnoxii, qvatenus de cauſis Eccleſiaſticis qvaeſtio eſt, de poteſtate civili exempti eſſe velint, in partes eunt Dominicus a Soto, Franciſcus Victoria, Ioannes Medina, et Robertus Bellarminus,*

loqve consangvinitatis iure cum Maiestate tua coniuncti, qvi- qve in eos inveterato qvodam odio flagraret: tametsi etiam non deessent ipsis rationes, qvibus ei aditum impedire possent: « Tamen qvum is Maiestatis tuae nomine veniret, ut manifeste declararent, se neqve de rebellando cogitasse, neqve ab obedientia Maiestatis tuae deflexisse: idcirco optimo con-

minus, Ioannes Driedo, atqve plures alii, qvod, undenam ista immunitas, in qva tradenda eqvidem conveniunt, promanaverit, vehementer laborent, ac utrum a iure divino repetenda sit, an humano, ab se dissentientes disceptent. Nos ea disputationi supersedemus, et qvod alibi vera eius fundamenta posita contra utrosqve sint, neqve ignoremus, in hoc argumento versatum esse Guilielmum Barclaium, id saltem, cuius merito a nobis exigi ratio possit, qvodqve imprimis cum hoc argumento cognationem habet, inqvirendum duximus, qvamlibet [illegible] obscurum factum sit, qvod monasteria, qvae episcopi tuenda ornandaqve susceperant, exempta, atqve iurisdictioni episcoporum ipsorum mox subtracta fuerint. Ioachimus Vadianus in libro, qvem ante laudavimus, pag. 17. culpam reiicit partim in Episcopos insolentiores factos atqve avaros, partim in monachos, ut qvi Principum favore innixi, studuissent efferre se, atqve hoc assecuti, firmata Pontificum auctoritate, ipsis Principibus se subduxissent. Et sane de Pontificibus id oppido liqvet, neqve secius existimat Hermannus Conringius, de iudic. reip. Germ. §. 74. Tantum pauca, eaqve ex Belgicis tabulis addo, atqve prima huius moris institutiqve initia respiciens, affirmo, originem monasteriorum exemptorum ab seculo XII. deducendam esse: siqvidem Calixtus II. A. ↄIↄ C XXIV. ad Abbatem et fratres Ecclesiae S. Nicolai *in Belgicam scripsit ad hunc modum:* auctoritate sedis Apostolicae confirmantes, monasterium vestrum cum omnibus appenditiis suis, in patrocinium B. Petri nostramqve protectionem suscipimus. *vid. Aub. Mir. notit. E. B. pag. 311. Iamqve antea tum Paschalis II. A. ↄIↄ CV. literas in eandem sententiam misit ad monasterium Bornhemense, atqve confirmavit, se satisfecisse eius postulatis, et* Apostolicae sedis munimine confovendum suscepisse. *Atqvi id sine dubio [illegible] Principum Belgii [illegible], et convellebat imperatorum auctoritatem. Neqve tamen [illegible] ipsum legisse de Gregorio VII. nec de Urbano II. qvippe virtute constantiaqve Henrici IV. impeditis,*

conſcientiae ſuae teſtimonio atqve aeqvitate freti, benevole honorificeqve et ipſum, et qvotqvot Maieſtati tuae viſum fuit in eius comitatu mittere, exceperunt, portis urbium reſeratis, locis munitioribus in eius manum poteſtatemqve traditis, praeſidiis admiſſis: idqve eo tantum nomine, qvod eam Maieſtatis tuae voluntatem eſſe diceret: nimirum ut ea ratione de fidelitate obedientiaqve tuorum ſubditorum certi exploratiqve aliqvid habere poſſet, qvi tanqvam rebellionis rei peragebantur. Qvae qvum ita ſint, debebat profecto Albanus omni ratione Maieſtatem tuam eiuscemodi ſubditorum tuorum fidelis obedientiae obſervantiaeqve certio-

ditis, ne tale qvid conſeqverentur: Paſchalis autem tandem, Henrico IV. inter tot belli continuos motus qvaſi ſuccumbente, conſecutus eſt, praeſertim Calixtus II. facta probroſa ab Henrico V. ceſſione, de qva non eſt, ut qvid repetamus, et dixiſſe aliqvid recordamur in diſſert. qvid expediat imperio? De cetero ad hoc inſtitutum pertinet, qvod non tantum monaſteria Epiſcopis, ſed etiam Epiſcopatus metropolitanis eccleſiis ſubducti, atqve nullo interiecto, ſoli Pontifici obnoxii redditi fuerint. Qvod nemo ambigit Imperatorum, qvi ſe ſingulariter uni loco addixerant, favore ac benignitate factum eſſe, et qvidem multo ante, qvam conceſſio huius privilegii atqve dignitatis pervenerit ad monaſteria exempta, qvod comprobat Epiſcopatus Misnenſis A. DCCCC LXIIX. ab Ottone I. inſtitutus: diploma extat verum ſane ac legitimum, niſi qvod Georgius Fabricius in temporum rationibus errorem prodat, et pro A. DCCCC LXIIX. perperam ſcribat A. DCCCC LIIX. Qvod multis indiciis oſtendi poteſt, et nunc vel eo, qvod A. DCCCC LIIX. Otto I. nondum auguſto imperatoris titulo, ſub qvo in diplomate iuxta cum Ottone II. filio commemoratur, auctus eſſet: docent enim tabulae atqve acta temporum, unde haec cauſa iudicatur, primum A. DCCCC LXII. ad Ottonem I. Imperium Romanorum delatum, dehinc filium eius Ottonem II. ſolenni inaugurationis ritu imperii paterni ſocium atqve conſortem redditum fuiſſe. Eo conſ. Ditmarus Merſeburgenſis lib. 2. Chr. Merſeb. Continuator Reginonis, Hermannus Contractus et Lambertus Aſchafnaburg. ad A. 962. Conr. Vrſperg. ad A. eund. et A. 964. qvo narrat, Otto-

tiorem facere : et priusqvam vim aliqvam inferret, rem ipſam propius cognoſcere, ſolidamqve de eorum qverelis inſtructionem inſtituere. In eo praecipue, qvod in illa epiſcoporum obtruſione, atqve inqviſitionis inſtitutione contra divina humanaqve iura ſeſe gravari qverebantur : ut iis rebus vere fideliterqve ad Maieſtatem tuam perſcriptis, in omnibus ſalutaria ex iure et aeqvo remedia adhiberentur. At vero e contrario, ſimul ac admiſſus fuit, et munitiones totius provinciae occupavit, nullo iuris ordine obſervato, nulloqve reſpectu habito ad iura provincialia, privilegiaqve Maieſtatis tuae iuramento confirmata, non ſolum magnam partem nobilium, qvos Maieſtas tua magno delectu habito guber-

Ottonem II. Imperii participem eſſe factum. De Ottone I. diſſentit Chron. Reichersperg. ad A. 957. de Ottone II. Sigebertus ad 981. ſed ab utroqve, inprimis illo, ob vitioſas rationes temporum diſcedimus, qvin et ſi eas retineremus, tamen appareret ratio erroris Fabriciani. Huc allegandae ſunt tabulae fundationis, reſpicientes conceſſionem Pontificis Ioannis XIII. et anno reſpondentes, qvas ibidem adduxit Fabricius, et praeter eum Henricus Meibomius in diplom. Ottonis Magni VVitechindo additis p. 129. Qvanqvam vero id tunc proprium et ſingulare Eccleſiae Miſnenſis eſſet, tamen ſeqviori tempore idem privilegium impertitum eſt Eccleſiis aliis, praeſertim Bambergenſi, qvam A. cIↃVII. Inſtituit Henricus II. et liberam exemptamqve reddidit, Gaſp. Bruſchius, et ex eo Martinus Cruſius, Cyr. Spangenberg, qvi uno ore omnes teſtimonium dant, Henricum in largitione privilegiorum tam effuſum fuiſſe, ut Electoratuum profanorum officia lege beneficiaria ab Epiſcopatu Bambergenſe dependere voluerit : nec dubitat Bruſchius Electoratus ipſosmet eo loco habere : ſed neutrum errore vacat, alterum qvoqve ineptum eſt. Tum illa officiorum, qvae dicuntur, miniſterialium, de qvibus tantum inter eruditos qvaeſtio eſt, conceſſio beneficiaria nullo vero documento demonſtrari poteſt, etiam hoc reſpectu, qvo officia illa Epiſcopatui Bambergenſi exhibenda atqve praeſtanda eſſe dicuntur : nam qvatenus imperium reſpiciunt, longe antiqviora ſunt, atqve eorum mentio fit, apud Detmarum lib. 4. p. 67. ed. Mader. etſi tunc nondum certis ſamiliis

 addita

bernaculis harum ditionum admoverat, ad supplicium necemqve rapuit, et proscripsit: verum etiam generaliter immunitates privilegiaqve omnia perdita, ac rescindenda esse declaravit, et ditiones hasce ita tenendas, ut solent, qvae de integro armis sunt acqvisitae, in suum suaeqve factionis hominum commodum: ut ita libere dissoluteqve de subditorum tuorum capite et fortunis pro suo arbitratu libidineqve statuere posset. Ac si ullis verbis exprimi, et Maiestati tuae ob oculos poni possent immanes violentiae, inauditaeqve crudelitates, qvibus ab initio suae gubernationis est grassatus: nimirum direptiones, spolia, exterminationes, devastationes, carceres, vincula, exilia, profligationes, bonorumqve pro-

addita affixaqve erant. Nec repugnat isti sententiae contraria consvetudo, qvippe haec nullo probae antiqvitatis diplomatumqve praesidio fulcitur, et propterea tamdiu durat, qvamdiu eorum patientia, de qvorum iure agitur. Illud certe alias a Ioanne Limnaeo satis probatum est, electoratus profanos, sive seculares cum illo nexu beneficiario officiorum ministerialium, in qvantum ea ab Episcopatu Bambergensi pendere, traditur, nihil qvicqvam commune habere: argumento sanctionis Carolinae, qvae A. B. dicitur, tit. 7. Addatur Limnaeus I. P. l. 3. c. 7. ex eoqve Ioan. Iacob. Speidel. in voc. Bamberga. Sed non refert nostra, ut haec magis inqviramus, qvi meminerimus, Philippum II. etsi utilitatis suae causa Ecclesiasticos indulgeret, tamen imperio ingenioqve suo haud convenire duxisse, ut coenobia monasteria ac episcopatus hanc dictam immunitatem consequi. Qvamvis enim qvibusdam causis, et qvo inqvisitionis officium acrius urgeret, permotus, novos in Belgio Episcopatus institueret, eos tamen adeo non eximendos putavit, ut qvoqve vellet Archiepiscopis obnoxios esse. Aub. Miraeus de stat. relig. Christ. per Europ. lib. 1. c. 31. Verum novo hoc instituto Belgae multum offensi, et qvod illo ipso laesam dignitatem suam, ac violata iura existimassent, tandem a rege, cuius auxilium gratiamqve frustra implorabant, abalienati defecerunt. Qvin imo et ad ipsos Ecclesiasticos haec ratio valuit, atqve adeo ipsis communis haec cum reliqvis qverela fuit, qvod facile intelligerent, his rebus multa per se misera fieri, et pleraqve ad suum ipso-

proscriptiones, incendia, cruces, capitum truncationes, discerptiones, aliaqve horrenda et inaudita tormentorum suppliciorumqve genera, qvibus Majestatis tuae subditos tam nobiles qvam ignobiles, inopes juxta atqve opulentos, juvenes ac senes, viduas et pupillos, viros, mulieres, juvenculas cujuscunqve status, dignitatis, conditionisve essent, immaniter trucidavit, *dd* animus Majestatis tuae ad eorum commemorationem procul dubio perhorresceret, indignissimeqve ferret, sub suo nomine adeo immanem crudelitatem, (qvalem nunqvam aut Phalaris, aut Nero, aut ullus Pharao, Herodes, aut ullus omnino gentilium tyrannorum excogitavit) exerceri in fideles subditos suos, qvi sangvine fortunisqve suis

ipsorummet dominium pertuerent: cujusmodi erat, qvod Lamoraldus Egmondanus liberè coram Philippo II. dixit, nec sacrum ordinem id satis aeqvo animo ferre, qvi patrimonium suum ad qvorundam sibi suspectorum libidinem in alios, atqve adeo privatum emolumentum verti, indignetur, *Thuan. hist. lib. XL. inprimis Fam. Strada dec. I. lib. 2. ubi recenset qverelas Abbatum ac Monachorum, et commemorat, tanto fuisse acriores, qvanto justiores visae fuissent. Sed obfirmatus erat animus regis, atqve eo intentus, ut popularem licentiam, praesertim eorum, qvi super religione dissidebant, praecideret, atqve regimen Ecclesiasticum monarchico propius, atqve firmandae dominationi opportunius ordinaret. Qvod a patre, opinor, hausit, qvi non difficile consilium fundandae monarchiae apud Germanos habuit. Sed cum id parum feliciter cecidisset, filium admonere potuit, non minus destinationem talium exitum fore apud Belgas, qvi non severitatem, nedum servitutem tolerarent. Interim dum ea fierent, convellebantur vetera jura pariter et privilegia Brabantina.*

cc. *Annus agebatur supra sesqvimillesimum sexagesimus septimus, qvum Albanus cum formula delegationis, qvod tradi rectoribus Belgicis solet, in Belgium emissus, XVIII. die Maji Barcellona Genuam appulit, inde Sabaudiam, et Galliae Helvetiorumqve fines transiit, non vano Genevensium metu, si pro[illegible] arma Helvetica fuissent. Gallica enim magis in speciem ostentabantur, qvod dum Catharina Medicea de suspecto Hispanorum*

 trans-

ſuis coronae, regiaeqve Maieſtatis tuae dignitatem adverſus graviſſimos hoſtium inſultus integram illaeſamqve conſervarunt. Ingentem enim in animo tuo commiſerationem excitarent tot miſeri innocentesqve pueri, e patrio ſolo in exteras ignotasqve regiones profligati, tot miſerae afflictaeqve viduae, tot pupilli, deniqve miſerabilis totius provinciae eiulatus, qvae adeo immanis tyranni iugo preſſa funditus periit. Ecqvis enim erat, qvi vel opes facultatesqve ſuas ab illorum avaritia, aut uxores et filias contra eorum libidinem, vitam deniqve contra ſangvinariam ipſorum rabiem tueri poſſet? Nemini omnino vel nobilitas, vel opulentia, vel anteactae vitae praeſtantia, praeclarave in rempublicam merita

tranſitu multa verba apud ſuos feciſſet, ſaltem exaturando in Hugenottos odio ſtudium defenſionis praetexuiſſet, ac filius eius Carolus IX. velut periculi magnitudinem ſentiens, copias ad fines tuendos blando hoc nomine comparaſſet, qvae poſtea impetum in Hugenottos effuderunt. Reidanus ad A. 1566. Haud aliter, qvam Albano omne conſilium ſtetit in opprimendis Geuſiis, poſtqvam anni, qvem praediximus, XIIX. Aug. ſolenni pompa comitatuqve magnifico Bruxellas adveniſſet, mox et rectrici Margarethae plena mandata, cum qvibus ab rege miſſus erat, indicaſſet atqve una opera oſtendiſſet, omne regiminis provinciarum Belgicarum robur atqve auctoritatem penes ſe, titulum ac ſimulacra penes Margaretham fore. Baudart part. 1. p. 34. 35. 36. 41. Inprimis autem hoc Albani adventu ſpectata eſt integritas Gvilielmi Auriaci, in qvem alioqvi toties fere iniqvus eſt Strada, qvoties in eum animum ſtylumqve intendit. Nam neqve fama Albani, inviſi trucisqve hominis territus, nec minis, qvas ſpirabat, mutatus, nec militum, qvos adducebat, metu commotus, neqve ullo rumore Hiſpanorum conſiliorum in praeceps actus, regis cauſa conſtantiam moderationemqve ſervavit, fidei dignitatisqve ſuae eo usqve retinens, ut qvum adhibere vim poſſet, et in aditu Comitatus Burgundici opprimere Albanum, ne qvicqvam venienti ſe opponeret, ſed rogando, monendo, conſulendo partes ſuas obiret: tantum ut demonſtraret, nil optare ſe, aut qvaerere aliud, qvam ut reſpublica, reſtituta inter diffidentes concordia, ab imminente exitio liberaretur.

vid.

rita adiumento esse poterant, qvi semel in illorum odium incurrisset. Praeterea nullo habito respectu ad iurisdictiones et usitata tribunalia provinciarum, praeripi iussit facultatem omnibus iudicibus, tam in criminalibus qvam civilibus caussis cognoscendi de rebus, qvae aliqvo modo ad proscriptiones Senatus sangvinarii *ee.* (qvem ipse ex Hispanis hominibus instituit) authoritate factas pertinere viderentur: ita ut neqve ecclesiasticae, nec piae seculares (ut vocant) personae, nec viduae aut pupilli, neqve xenodochia, nec leprosorum aediculae, nulla orphanotrophia, neqve nosocomia alendis senibus decrepitis instituta (qvibus omnibus partim proscri-

vid. auctor histor. stat. reip. et relig. sub Carol. IX. pag. 75. 87. Add. Buleng. hist. hist. lib. 3. p. 103. qvi etiam de Egmundo refert, [illegible] qvod Albano Theonvillae commoranti aditum, cum posset, non [illegible] — Postea tamen iustae Gvilielmo Auriaco rationes erant, ut caveret sibi ac provideret, ne fiducia nimia discrimen adiret. Itaqve opportune e Belgio emigravit, sive qvod in Gallia praemonitus esset, sive qvod dudum regi Philippo II. prudenter diffideret, nec temere, sed multis et gravibus alienati ab se regis animi indiciis id asseqvi posset, et praeterea intelligeret, qvid esset, qvod Philippus II. nullam Caroli V. comitatus sibi significationem daret, ac ita omnia ageret pariter et constitueret, ut non modo honori suo, sed etiam totius Belgii libertati insidiari videretur: sive qvod virum diu Belgis infensum, et moribus morosaqve indole alienum, et qvod iure huius epistolae auctores qveruntur, nulla necessitudine regiae stirpi innexum, atqve unum ex omni memoria difficillimum, posthabita sua et Belgii Ordinum obtestatione, et [illegible] qvoqve Carolo filio, qvi amorem Belgis addixerat, qvemqve praeoptabant ipsi, regendo Belgio imposuisset: sive qvod certum haberet, non facile se non ab rege, Pontifice Romani Episcoporum qve consiliis obnoxio, qvid impetraturum. Igitur [illegible] mortem, ceteri inauti imparatiqve oppressi sunt, subtrato Granvellano Cardinali, qvod cum accepisset, salvo adhuc Auriaco, Egmondanum Hornanumqve comprehensos, non dubitasset dicere: Praestitisset celatorem *simulatorem* capi, qvam omnes alios, *conf. Baudart. pag. 40.*

scriptorum, partim eorum, de qvibus capitale supplicium sumptum erat, bona iusto nomine et hypothecario debito obstricta erant) ullum teruncium inde consequi potuerint. Sed ea omnia Albanus usurpavit, nullis omnino censibus, qvibus bona illa onerata erant, persolutis: qvantumvis Ordines harum provinciarum hac in parte pro defensione in-

lero-

dd) *XVIII millia et sexcenti supplicio affecti sunt: multi ut [illegible] tormentis positi, fateri cogebantur, qvae non admiserant. XXX millia [illegible] metu Belgium deseruerunt, reliqui proscriptionibus, exilio mulctati, bona [illegible] addicta sub hasta venierunt. Vid. [illegible] usque ad p. 148. Iul. Caesar Bulengerus hist. l. 3. p. 103. [illegible] poena non iure, sed libidine Albani irrogata fuit, neqve [illegible], praesertim [illegible] nomine [illegible], parcitum, dum modo spes esset praedae atque rapinarum: sive qvod ita belli sumptus [illegible], sive qvod* ad rem faciendam, qvam ad *istum* bellum attentior videretur: *[illegible] Iulius Caesar Bulengerus non inepte suspicatus est, et manifeste [illegible] d. loc. hist. p. 107-110 et p. 115. [illegible] alia causa erat tam [illegible] in Belgio exactionum, qvam inopia aerarii regis Hispaniarum, ut qvi X [illegible] millium librarum auri in bellum istud inutile [illegible] expendisset, atqve eo centum et qvinqvaginta millia hominum [illegible], Buleng. d. l. p. 110. Lud. de Beaufort. ex Vergerio [illegible] d. Belg. [illegible]. Cumque his rebus ea fierent, qvae nec sine foeditate aspici, nec sine [illegible] tione cogitari poterant, praecipites ibant Hispanorum res, et [illegible] dum hactenus Albanum moderatio, ut postea cum [illegible] defecerit, praesertim fatali [illegible] potentiae anno CIↃ IↃ LXXII. Illud [illegible] ditati eius tribuendum est, qvod omni Belgarum gratia [illegible], aliquo post anno, obtentu senii atque imbecillitatis missionem ab rege peteret, ac protinus impetraret, qvod veri in [illegible] ordinem regis [illegible] dare Belgii potuisset, si tot fide [illegible] civium [illegible] supplicio [illegible] parentatum fuisset. Buleng. d. l. p. [illegible]. [illegible] semper sui similis, et qvod in excelso gradu positus non expediret, [illegible], Ludovicum Reqvesenium in Albani locum [illegible], qvi tametsi cum mandatis [illegible] imperii veniret, Reidan. ad A. 1573 [illegible] ac [illegible], atqve adeo benignitatem prae se ferret, tamen paulo post [illegible] Belgas [illegible]-*

[illegible]

ſerorum ſubditorum diligentem atqve diuturnam operam per libellos ſupplices exhibitos navarint: qvos variis ſemper ſenatusconſultis protraxerunt, atqve iis qvidem nullo iure ſtabilitis, manifeſteqve inter ſe pugnantibus: neqve unqvam id impetrare potuerunt, ut earum rerum cognitio, ad provincialia tribunalia, aut uſitatos iudices deferretur: utcumqve miſeri ſubditi de ſolutione Senatus Albanici authoritate conſeqvenda deſperantes, nomina deferrerent: qvum ſingulis creditoribus particulatim lis formalis adverſus fiſcalem intentanda fuerit. Qva in re, ſumptuum qvos facturi erant, ſumma, nomen ipſum erat ſuperatura. Eadem etiam ratione onera

ſtrantes, ſupplicum abſtinens qvidem, ſed in publicationibus bonorum et [illegible] Caput [illegible], paſſim [illegible] ad Ducem Albanum, avaro, ut indicatum ante eſt, [illegible], qui qvum a [illegible] debitam iis pecuniam intercertiſſet, [illegible], ut omnium qverelarum moles incumberet Reqveſenio, nil [illegible] relinqvens, ut ſatisfaceret. Qvod cum iuſto titulo non poſſet, a nervis rerum iam [illegible] Albano [illegible], malas artes reperit, atqve [illegible] Procerum & civium publicavit, urbes pignori oppoſuit, a [illegible] demum illa ipſa [illegible], qvae ad Belgicae [illegible] pertinent, ſuſtulit. Nec [illegible] Thuanus, [illegible], a Batavis [illegible] Albani, et Reqveſenio [illegible], [illegible] potius, qvam [illegible], ad A. 1575. [illegible] Belgas [illegible]. Sed [illegible] conditiones [illegible], qvas Reqveſenius [illegible], videbantur: [illegible] qvod [illegible], atqve [illegible] religionem. Talia [illegible] admitterent, [illegible], non modo ſe atqve ſecuritatem in diſcrimen adduxiſſent, ſed [illegible] conſcientias, qvam [illegible] ſtabilivi[illegible]ſent. Io. Is. Pontanus hiſt. Gelar. l. [illegible] ad A. 1575.

ee. Qvi

onera omnia (qvae chysas vocant) usurpavit, unius, duorum, trium, qvatuor, qvinqve, plus minus assium annuatim: qvi maxima ex parte ad aedes pauperibus alendis dicatas pertinent. Qvid? qvod ne hoc qvidem permisit, ut qvis bonum aliqvod nomen alteri cedere, vel in alium transferre posset. Qvot honestissimarum matronarum, qvot virginum pudicitiam vi expugnarunt, et prostituerunt? iisqve vicissim inter se (et qvidem nonnullis ad internecionem usqve) sunt abusi? Qvoties maritos uxoribus suis, parentes filiabus adstare coegerunt, ut oculati testes, atqve adeo administri adjutoresqve essent horrendae foedissimaeqve eorum libidinis? qvam usqve adeo foedo et efferato more exercuerunt, ut nos

ee. *Qvi senatus sangvinis a Belgis, idem leniori verbo ab auctoribus dictus est sangvis Duodecim-Virum, qvo odium Albani usqve eo cumulatum est, ut paulo post Senatus tumultuum appellaretur, et foedus atqve execrabilis haberetur. Nam intelligebant Belgae, eo instituto, omnium fortunas et capita in discrimine versari, et iam non carpendae saltem libertatis, sed qvoqve uno impetu subvertendae indicium nec leve nec vanum capiebant. Neqve vero illud aeqvo animo ferebant, qvod cum Philippus II. e Belgio discedens tria consilia Belgarum privilegiis convenienter ordinasset, apud Thuan. ad A. 1566. nunc spreta atqve abrogata Ordinum provincialium auctoritate, et sublatis usqveqvaqve ipsorum iuribus ac avitis dignitatibus, omnia in se traheret Albanus, ac de rebus capitalibus summo iudicio, atqve pro arbitratu suo statueret, diversam religionem pronovere, uno pro crimine in regis maiestatem admisso haberet, innocentes proscriberet, absentes in ius vocaret, ac non expectato vadimonii die bona publicaret, omnia demum ita exeqveretur, ut hoc Belgicae excidium iure meritoqve esset complorandum. Vid. scriptor Hugenott. p. 137. 138. Baud. p. 115. Ac iste Senatus opere perinde ac nomine postea horribilis factus, tantum coaluit ex peregrinis: inter praecipuos saevitiae ministros erant Ioannes Vargas, et Ioannes Grovels, aliter Spell dictus, qvorum nec isto improbiorem, neqve hoc crudeliorum reperire potuit Albanus. De Varga dictum, inmani homine, et qvi propter patratum scelus Hispania exulabat, hoc circumfertur:* Haeretici

nos ea absqve horrore ne animo qvidem cogitationeqve concipere valeamus: tantum abest, ut honeste ea Maiestati tuae verbis exprimere possimus. Qvam freqvens atqve ulitatum hoc fuit, ut qvum aut maritus aliqvis uxorem, aut pater filiam ab illorum vi oppressioneqve tueri vellet, veluti rabidi canes excurrerent, conclamantes, Hispania, Hispania? eamqve ob causam cives qvotqvot obvios haberent, miserabiliter trucidarent. Qvot mulieres gravidas lacerarunt, foetusqve in materno utero oppresserunt? Qvid dicam, qvod viros vivos excoriarunt, tympanaqve eorum cute obduxerunt? ipsos vero lento igne ustulantes forcipibus convulserunt, aliisqve immanibus atqve inauditis cruciatibus afficientes, adeo lenta

cen-

retici fraxerunt templa, boni nihil faxerunt contra: ergo debent omnes patibulare, *apud Reid. ad A. 1567. Famosa sunt qvoqve inconcinna verba:* Vargas habet virgas, *apud Bondart p. 135. De Spellio proditum est, qvoqvo modo suspectos crudelissima morte mactasse, ut anceps esset, ipse, an Albanus proclivior fuerit in tot immanissima supplicia ac foedissimas caedes. Illud certe eius perditissimi ingenii documentum praebere videtur, qvod cum antehac ad Albani amicitiam, societatemqve consilii sangvinarii adhibitus fuisset, postea ipsius acerbissimum odium incurreret, atqve hic eum adeo pati nollet, ut qvoqve in crucem tollendum, iudicaret: tum qvod indigne ferret, leges suas a Spellio qvaestui habitas, et fidem, qva obligatus erat, qvibusdam turpi mercatu venalem redditam fuisse. Qvod cum multis aliis documentis constat, tum probari potest tabula sententiae capitalis, qvae commentariis actorum Belgicorum continetur. Qvod factum, tanqvam ratione atqve iustitia innixum multi probant, ac laudant perinde, ac Cambysis, qvum Sisamni iniusto iudici pellem detraxerat, apud Herodot. l. 5. pag. 321. Qvi propius consilia, res actaqve aestimant, facile intelligunt, Albanum, conscientia invidiosi regiminis atrocissimorumqve facinorum, iam tum Anno CIↃ IↃ LXIX. qvo Spellium capite multavit, tacite saevitiae poenituisse, qvod seqventi post anno decretum impunitatis editum amplius declarat. Nec tamen dissimulabo, Spellium, praeter accusationes alias, in suspicionem proditorum senatus sangvinarii arcanorum vocatum fuisse.*

 Conf.

onera omnia (qvae chyſas vocant) uſurpavit,unius, duorum, trium, qvatuor, qvinqve, plus minus aſſium annuatim: qvi maxima ex parte ad aedes pauperibus alendis dicatas pertinent. Qvid? qvod ne hoc qvidem permiſit, ut qvis bonum aliqvod nomen alteri cedere, vel in alium transferre poſſet. Qvot honeſtiſſimarum matronarum, qvot virginum pudicitiam vi expugnarunt, et proſtituerunt? iisqve viciſſim inter ſe (et qvidem nonnullis ad internecionem usqve) ſunt abuſi? Qvoties maritos uxoribus ſuis, parentes filiabus adſtare coegerunt, ut oculati teſtes, atqve adeo adminiſtri adiutoresqve eſſent horrendae foediſſimaeqve eorum libidinis? qvam usqve adeo foedo et efferato more exercuerunt, ut nos

ee. *Qvi ſenatus ſangvinis a Belgis, idem leniori verbo ab auctoribus dictus eſt ſangvis Duodecim-Virum, qvo odium Albani usqve eo cumulatum eſt, ut paulo poſt Senatus tumultuum appellaretur, et foedus atqve execrabilis haberetur. Nam intelligebant Belgae, eo instituto, omnium fortunas ex capite in diſcrimen adferri, et iam non carpendae ſolum libertatis, ſed qvoqve uno impetu ſubvertendae indicium nec leve nec vanum capiebant. Neqve vero illud aeqvo animo ferebant, qvod cum Philippus II. e Belgio [illegible] tria conſilia Belgarum privilegiis convenienter ordinaſſet, apud Thuan. ad A. 1566. nunc ſpreta atqve abrogata Ordinum provincialium auctoritate, et ſublatis usqveqvaqve ipſorum iuribus ac avitis dignitatibus, omnia in ſe traberet Albanus, ac de rebus capitalibus ſummo iudicio, atqve pro arbitratu ſuo ſtatueret, diverſam religionem pro noxa, imo pro crimine in regis maieſtatem admiſſo haberet, innocentes proſcriberet, abſentes in ius vocaret, ac non expectato vadimonii die bona publicaret, omnia demum ita exeqveretur, ut hoc Belgicae excidium iure meritoqve eſſet complorandum. Vid. ſcriptor Hugenott. p. 137. 138. Baud. p. [illegible]. Ac iſte Senatus opere perinde ac nomine poſtea horribilis factus, tantum coaluit ex peregrinis: inter praecipuos ſaevitiae miniſtros erant Ioannes Vargas, et Ioannes Grovels, aliter Spell dictus, qvorum nec iſto improbiorem, neqve hoc crudeliorum reperire potuit Albanus. De Varga dictum, immani homine, et qvi propter patratum ſcelus Hiſpania exulabat, hoc circumfertur:* Haeretici

nos ea absqve horrore ne animo qvidem cogitationeqve concipere videamus: tantum abest, ut honeste ea Maiestati tuae verbis exprimere possimus. Qvam freqvens atqve usitatum hoc fuit, ut qvum aut maritus aliqvis uxorem, aut pater filiam ab illorum vi oppressioneqve tueri vellet, veluti rabidi canes excurrerent, conclamantes, Hispania, Hispania? eamqve ob causam cives qvotqvot obvios haberent, miserabiliter trucidarent. Qvot mulieres gravidas lacerarunt, foetusqve in materno utero oppresserunt? Qvid dicam, qvod viros vivos excoriarunt, tympanaqve eorum cute obduxerunt? ipsos vero lento igne ustulantes forcipibus convulserunt, aliisqve immanibus atqve inauditis cruciatibus afficientes, adeo lenta

cen-

[illegible] fixerunt templa, boni nihil faxerunt contra: ergo debent omnes [illegible]lare, *apud Reid. ad A. 1567. Fama est, qvoqve [illegible] verba:* [illegible] habet virgas, *apud Baudart. p. 135. De Spellio proditum est, qvo-[illegible] suspectos crudelissima morte mactasse, ut anceps esset, ipse, an Al-[illegible] proclivior fuerit in tot immanissima supplicia ac foedissimas caedes. [illegible] certe eius perditissimi ingenii documentum praebere videtur, qvod cum [illegible] ad Albani amicitiam, societatemqve consilii sangvinarii adhibitus fuisset, postea ipsius acerbissimum odium incurreret, atqve hic eum adeo [illegible] vellet, ut qvoqve in crucem tollendum, indicaret: tum qvod indigne ferret, leges suas a Spellio qvaestui habitas, et fidem, qva obligatus erat, qvibusdam turpi mercatu venalem redditam fuisse. Qvod cum multis aliis documentis constat, tum probari potest tabula sententiae capitalis, qvae commentariis actorum Belgicorum continetur. Qvod factum, tanqvam ratione atqve iustitia innixum multi probant, ac laudant perinde, ac Cambysis, qvum Sisamni iniusto iudici pellem detraxerat, apud Herodot. l. 5. pag. 321. Qvi propius consilia, res actaqve aestimant, facile intelligunt, Albanum, conscientia invidiosi regiminis atrocissimorumqve facinorum, iam tum Anno [illegible] LXIX. qvo Spellium capite multavit, tantae saevitiae poenituisse, qvod seqventi post anno decretum impunitatis editum amplius declarat. Nec tamen dissimulabo, Spellium, praeter accusationes alias, in suspicionem proditorum senatus sangvinarii arcanorum vocatum fuisse.*

G Conf.

centiesqve iterata miserorum morte sese oblectarunt? Qvot honestas matronas a suis maritis, filias a parentibus avulserunt? At qvid obsecro sub sole adeo honestum et sanctum, adeoqve religiosum esse aut fingi potest, qvod non violarint, contaminarint, conculcarint? Certe apud omnes gentes tantus semper mortuorum sepulturae honos tributus fuit, ut ne barbarissimae qvidem crudelissimaeqve nationes eum contemnendum violandumve putarint. Ceterum hic tyrannus, veluti in Dei humanaeqve naturae ludibrium ac despectum multorum cadavera, qvum per aliqvot dies humata fuissent, sepulchris erui et ad patibulum rapi iussit: eo praetextu, qvod hic absqve confessione auriculari decessisset, alter sacra-

Conf. Baud. p. 72. *Ceterum immanis istius et sangvinolenti prodigi consilii capita referemus, qvae postea Antverpiae, cum omnia cubicula Vargae secreta perqvirerentur, deprehensa sunt, ac non dubitatio, qvin horum fundamenta iecerit Granvellanus: eo maxime, qvod primum regi haec talia* [illegible]*, qvi perpendit* [illegible] *consiliorum rationes, sub forma* articulorum *exceptas, atqve apud* [illegible] *A. CIƆ IƆ LXIIX. editas: vid. Pontan. ad A. 1567. Sed nunc* [illegible] *sunt capita Senatus Sangvinarii, qvae scripta qvidem Vargas reliqvit, qvorum vel complecti summam nunc iuvat, et proferre in conspectum. In I. eorum praeter omne ius ac fas constitutum erat, ut* qvae supplicationes ab Ordinibus ac civitatibus contra Episcopos exhiberentur, eae ad iudicium maiestatis pertinere censerentur, ac non aliter, qvam coniurationes contra Deum et Regem punirentur. *II.* [illegible]*, qvod* qvi talium supplicationum formulas commendarent, eiusdem criminis postulandi essent. *III. statutum erat*, eadem poena teneri, qvotqvot consulto ac temporis respectu, data significatione [illegible] permitterent habere conciones. *IV. decretum, qvod* illa ipsa lex maiestatis omnes alligare debeat, qvocunqve etiam loco nati essent, si libellorum supplicum latoribus, concionatoribus, atqve imaginum eversoribus turbatoribusqve non restitissent, aut facta significatione voluntatis hoc tale, qvod contra leges admissum esset, ratum habendi, ac pleno tumultu, atqve ista rerum

sacramenta ante obitum non percepiſſet. Sed revera nihil aliud cauſae erat, qvam ut bona poſſeſſionesqve a demortuis relictae, in fiſcum redigerentur. Qvid, vero eſt inter homines dignius, qvid ſanctius matrimonio, fonte et origine amicitiae, politicaeqve ſocietatis? vinculo omnis honeſtatis, qva humana ſocietas continetur? Sed ne huius qvidem dignitas apud tyrannum valuit, qvin potius uxores a ſuis maritis, maritos ab uxoribus, qvi tamen in publico Chriſtianorum coetu coram Deo atqve angelis copulati, ſanctiſſimoqve matrimonii vinculo inter ſe colligati erant, contra Dei praeceptum atqve inſtitutum, contraqve omnia iura avulſit,

fictitio

rerum confuſione ſibi placentes aſpexiſſent. *V. cautum ſanctumqve erat, ut* qvi in ſenatum hunc dixiſſent male, ac tyrannidem appellantes, inceſſiſſent probris, ac propter ius antiqvum, privilegia atqve conſvetudines receptas a reverentia atqve obſeqvio eius diſceſſiſſent, et Senatores illuc aſcitos in civilibus capitalibusqve negotiis pro veris ac legitimis iudicibus non habuiſſent, violatae XII. alis auctoritatis rei forent, *et prout crimen, ita poena intenderetur, alii morte, alii bonis mulctarentur. Vid. arrestum eo editum, qvi et cauſae huic lucem afferunt, et grave publicumqve teſtimonium praebent. Conf. Baud. p. 156. Itaqve nil efficacius fuit ad augendum defectionis conſilium, qvam cum Hiſpani religionis cauſa ad vim atqve arma deſcenderent, et propter eam cauſam iudicia Albani et ſenatum ejus, ſuſpendiis, qvaeſtionibus, ſuppliciis, proſcriptionibus omnia foedarent. Nec alia opinionis eſt G. Hornius, qvi in ea republica, in qva haec acciderunt, libere nuper ſcripſit, Principem Auriacum (Guilielmum) nullo argumento magis commoviſſe Belgas, aut impuliſſe vehementius ad res novas, qvam qvod diceret,* propter religionem vivos comburi homines *ab Hiſpanis. Vid. ſ. peregr. p. 71. Ita enim Philippus odio incenſus fuit contra ſectas, ut inqviſitionem valde diligeret, et miraris ſeveriſſime perſeqveretur, tamen a Granvellano nunqvam ſatis motus, crudeliſſimo Albano omnia indulgeret. Atqve pro vero affirmant Hunterus, et Guicciardinus, eum inſtitiſſe in tantum ſtuduiſſe, ut iure ſuum experiendi poteſtatem fecerit ſubditis, et cum aliqvando cauſa cecidiſſet in foro, nemine exeqvi ſententi-*

fictitio qvodam praetextu, qvod ab haereticis essent copulati. Sed nullam profecto aliam ob causam, qvam ut ditiores formosioresqve mulieres militum apparitorumqve suorum praedae exponeret: amorem ac benevolentiam, qvam alter alteri debemus, funditus evertit, trucidans mulieres, qvae suis maritis, filios, qvi parentibus in extrema inopia constitutis pecuniario aliqvo subsidio subvenissent, atqve adeo qvi nuda epistola eos consolati fuissent. Deniqve ne qvid omnino sacrosanctum divinumqve esset, qvod ille non profanaret et contaminaret, divinissimum Baptismatis sacramentum, per qvod in societatem Ecclesiae Dei, atqve adeo in ipsum Christi corpus inserti sumus, sceleratissime proculcavit,

am auso, ultro restituerit, cujus per sententiam fuerat damnatus. Verumenimvero tunc religio justitiae imaginem obtendebat, cum de [illegible] diversarum religionum semper sui similis inclementius judicaret, [illegible] nesciret Auriacus, vanum esse sperare Philippi gratiam, qui [illegible] qvidem a sangvine suorum [illegible], atqve Carolum filium a[c] Elisabetham Valesiam uxorem non [illegible] sustulisset, apud. Reid. ad A. 1568. Buleng l. 3. hist. p. 10[illegible] et seq. Pontanus hist. Ge[l]r. 1568. Hactenus tamen ex Auriaco [illegible], ut Philippo regi, qvamlibet obstinato ad exeqvendum con[silium], qvod illi Henricus II. Galliae rex aperuerat de extirpandis [haereticis], [et] [in]cohendo in Belgica [suo] dominatu, arma tamen non alio, qvam [defensionis] titulo caperet, et belli primum inferendi rationes anno CIↃ I[Ↄ] LXXVIX. Senatui Belgico repraesentaret: Reidan. ad h. A. Aegre autem ab initio adduci potuit Auriacus, ut bello contra Albanum gerendo se rectorem daret: primo qvia praevidere potuit, se toto vitae suae spatio bellum istud non confecturum, praesertim contra regem pro[posi]ti tenacissimum, ac multo potentissimum, qvem extimescerent vicini, et Germani contra eum reverentia Caesaris nil ausuri essent. Nam metus Hispanicae magnitudinis tunc ad omnes pervenerat, Angli, Dani, Svedi auxilia sua negabant, nec Galli se immiscebant, omnes demum externae amicitiae frustra qvaerebantur. Vid. Grot. annal. Belg. lib. 2. p. mih. 47. Deinde qvod mutabile populi ingenium, et cum res adversae ingruerent, discors contemplare-

vit, volens ac iubens, ut puerorum, qvos semel rite ac legitime ex norma et institutione Filii Dei nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizatos esse constabat, baptismus iteraretur: eo praetextu, qvod ab haereticis essent baptizati: qvod qvidem manifeste omnibus tam divinis qvam humanis legibus, omnibusqve Ecclesiae praeceptis et Conciliorum de-

cre-

plectetur. Tum qvod iis opibus se non innixum sciret, qvae tanto bello sufficturae essent, qvod Hispani toto conjunctarum exterarumqve nationum subsidio freti persequi decrevissent, ut ex literis Philippi II. ad Maximilianum II. intercessionem datis intelligi poterat, Reidan. ad A. 1568. Grot. l. 2. annal. p. 45. et 41. collat. Demum qvod apud se reputaret, maiori parte suos rebelles, plurimos in exilium actos, et si infaustus exitus esset, tantarum rerum molem sibi soli incubituram, ac qvod defensionis nomine coepisset, defectionis labe aspersum iri. Propterea, ut [illegible] pariter ac [illegible] gnarus erat, principio ad patientiam Belgas hortatus est: posse enim evenire, ut Philippus tandem in se ipsum descendat, aut alio bello distentus, revocet Albanum. Sed institerunt nihilominus Ordines, et precibus obtestationibusqve suis Gvilielmum vicerunt, Baudart. p. 62. 63. Nec [illegible] Gvilielmum, qvi et una opera exploravit Belgarum animos, et sibi devinxit. Qvae causa est, qvod Fam. Strada non veretur Gvilielmum appellare Delphicum oraculum partium, qvae ab rege Hispaniarum defecerunt, dec. 1. lib. 9. Ut per imprudentiam peccaverit Albanus, qvi statim sub initium regiminis ad desperationem adigeret [illegible], et reum maiestatis pronunciaret, qvo factum est, ut vehementius insurgeret, ac non modo arma pro libertate corriperet, sed etiam propter immanitatis Albani ultionem Hispanorum odium in Belgio propagaret, qvod usqve eo omnium animis insedit, ut prius evelli non posset, qvam aeqvali metu [illegible] Gallicae Monarchiae, cuius magnitudinem iamdudum providerat Barneveldius, ratus, sic omnia agenda esse apud foederatos Belgas, ut qvum Hispania decresceret, ne Gallia nimis cresceret. *Vid. auctor Philipp. Austria. Lovanii edit. p. 183. Iterum ergo a dignitate consilii civilis aberravit Philippus, qvum se et Belgas consumendo crescendi spatium Gallis dedit.*

cretis repugnat. *ff* Ad haec, qvid attinet Maiestati tuae commemorare infinitas inauditasqve exactiones, qvas qvotidie alias ex aliis excogitavit, iisqve miserum populum ultra qvam dici possit, oneravit (nimirum centesimam, vigesimam, et decimam portionem omnium bonorum tam mobilium, qvam

ff. *De Albani crudelitate cognitum est, nunc de impietate vel hoc solo argumento iudicatur. Hugo Grotius lib. 2. p. 45. eleganter expressit, ac dignum putavit, qvod, auctores huius epistolae imitando, monumentis posteritati commendaret, dum scribit, rectore Albano in tantum odium venisse* Protestantes, *ut ab iis* Christiano ritu tincti, contra veterum instituta retingerentur. *Unum hic miror, qvod inveniantur, qvi dum horum actorum partem attingunt, sibi de Albano persvadeant, si in Belgio permansisset, omnes eius cives ad herile, et cuiusmodi armis paritur, obseqvium redigere potuisse: vid. auctor libri, qvi inscribitur le politiqve du temps p. 44. Nam usqve eo Albani res affectae erant, et tanta apud omnes odia atqve detestationes, ac tam redintegratae post Hollandiae Zelandiaeqve* [illegible] *Brielam,* [illegible] *vires, ut sua vi virtuteqve* [illegible] *prius omnia extrema* [illegible]*, qvam* [illegible] *Albani imperium. Qvanqvam et temporis* [illegible] *possumus, ac distingvere initia cursusqve harum rerum. Grotius in hoc argumento spem separat ab eventu: lib. 2. annal. Belg. p. 49. Reidanus, cuius explorata alias diligentia est, praeclare haec tradidit.* Omnium iudicio metus erat, ne aeternum Albanus servitutis iugo Belgas premeret. Nec alium exitum rem habituram fuisse crediderim, nisi inexplebilis animus, parum his contentus, desperatione se suaqve defendere Belgas compulisset. *Et tamen Famianus Strada auctor est, Gvilielmum Auriacum valde Albani discessu laetatum esse, et absente eo se liberum putasse,* qvo nimirum hoste nunqvam prosecuturum se destinata speraret: *dec. 1. lib. 7. Verba Stradae retinuit Ioannes Isacius Pontanus, forsan ut mentem magis alienam declararet, qvam suam: ad A. 1573. Potito enim validissimis portibus Lumaeo, et postea Auriaco Flissinganorum victoria navali erecto confirmatoqve, res Belgarum eo loco erant, ut minus timerent Albanum, atqve in hoc darent et acciperent fidem, pro salute ac libertate patria morituros: nec fefellit ipsos haec spes, et virtus perinde ac fortuna affuit istis coeptis.*

qvam immobilium: *gg* imo etiam omnium mercimoniorum, qvae aut emerentur aut venderentur, petens ac volens, ut mandato ſuo reipſa (diſſvadentibus interim atqve repugnantibus univerſis harum regionum Senatibus atqve Ordinibus) ſatisfieret: neqve id qvidem ex ſumma lucri, qvod ad venditores perveniret, ſed ex integra et capitali rerum vendendarum ſumma, viceſimum et decimum nummum exigens. Qva qvidem extorſione, non ſolum omnis negotiatio et mercatura ex hiſce regionibus eſt ſublata, verum etiam incolis ratio parandi victus ſibi ac liberis plane ſubtracta. Cuius rei ſummam iniqvitatem qvum Ordines ſaepenumero illi prolixe explicaſſent, maiorem qvam ipſorum vires

res

pen. Vid. [illegible] MSP. [illegible] Baudart. p. 82. 83. 84. 85. 89. 118. De Lumaeo add. Grot. [illegible] p. [illegible] ſq. inprimis Strada dec. ad. 1. lib. 7. p. 255.

gg. Cum Albanus hucusqve multas iniurias Belgis intuliſſet, tum nulla [illegible] atqve ad novandas res efficacior fuit, qvam tributum iſtud, qvod decimus [illegible] nuncupatur: unde haud addubitant prudentiſſimi ſcriptores [illegible] motuum Belgicorum, conſecuto voti ſummam Auriaco, qvod Albanus [illegible] tempore omnium patrimonia atqve indignationem commovisset, [illegible] tandem experturus, qvid poſſent univerſi contra unum. Vid. Fam. Strada dec. 1. lib. 7. cum qvo conf. Michael ab Iſſelt, ſcriptor Pontificius et [illegible], et Strada [illegible] diligenter lectus, Hugo Grot. l. 2. annal. Belg. [illegible] ad A. 1570. Iul. Caeſ. Buleng. hiſt. lib. 3. ſub finem: Io. [illegible] ad A. 1569. Dudum id intellexerat vir iuris prudentiſſimus Viglius Zvichemus, et cumulate Albano explicaverat, cur haec [illegible] inſolens hactenus atqve inaudita ratio apud Belgas, ut [illegible] ex commerciorum libertate penderet, approbari [illegible]; [illegible] Meteranus ann. Belg. l. 4. Thuanus hiſt. lib. 50. Veruntamen nihil [illegible] Albanus, et rem peſſimi exempli adverſus regem ſtatuit, [illegible] vectigal depoſcentis [illegible], atqve obſtinate denegari. Qvare [illegible] ſeveritate [illegible] qvoqve illud, in qvo ultima ſpes [illegible] Belgicarum [illegible], [illegible] ad ſolitudinem atqve [illegible], incolas ad deſperationem redegit, atqve ex primis, qvi u-

qu-

res facultatesqve ferrent, summam ei obtulerunt. Ceterum qvantumvis accurate et freqventer Ordines Albano declarare probareqve studuerunt, qvanta confusio atqve absurditas ex adeo pertinaci eius voluntate esset oritura, rogaruntqve ut iustas ipsorum excusationes Maiestati tuae scripto explicaret, nulla tamen ratione ab instituto suo dimoveri potuit: qvin potius negata eis in posterum audientia, reiecit, nullo saniore consilio admisso: qvantumvis etiam Ecclesiastici, et Senatus atqve Ordines harum provinciarum sua intercessione laborarint. Ita ut hoc pacto universam negotiationem et mercaturam ex hisce regionibus profligarit, miserosqve incolas ob inopiam atqve egestatem solum vertere coegerit. Constat

opulentissimas invenerat, miserrimas atqve sibi in universum infestas reddidit, plane officii oblitus, qvando nec regis gratiam honestis consiliis neqve auctoritatem suam moderatione sustinebat, neqve enitebatur, ut Proceres [illegible] haberet: perinde ac si tantum sufficeret, religionis atqve [illegible] tranqvillitatis nomine ad qvaestum sceleratissime abuti. Nec [illegible], qvin tranqvilla gubernatione Auriacum, cuius benevolentia ad conciliandos Belgarum animos plurimum valebat, sibi devinxisset, aut saltem eum non compulisset ad ultimam defensionis suae necessitatem, unde haud dubie insignem fructum atqve utilitatem percepisset. Qvamvis enim Auriacus existimasset, universi Belgii praefecturam dignitati atqve meritis suis deberi, et propterea, qvod ista spe excidisset, alienatus ab rege fuisset, Strada dec. 1. lib. 2. p. m. 54. Tamen huic ea mens atqve sani sensus erant, ut intelligeret, acqviescendum esse, donec populus qvietus foret: qvo commoto, atqve ad reconciliandae gratiae desperationem adacto, non tam arduum erat conficere, qvod post tot iniurias vexationesqve optabat: vid. H. Grot. l. 2. p. 41. 47. 49. 51. Proinde Auriacus sedulo observavit, qvae ageret Philippus, et qvod sua referret, accurate perspexit, nec negligens occasionum, cum offerrentur, et futuri providus, si momenta consiliorum pensitanda essent. Sed Strada admodum contumeliose de eo scripsit, atqve ingenium tribuit subdolum, religionem prorsus ambiguam, aut potius nullam. *Ego sano certum habeo, a reformatorum, qvi vocantur, sacris alieno*

stat tamen, qvotiescunqve militibus stipendiorum solutionem exigentibus satisfaciendum fuit, nullam unqvam ipsum pecuniam ad manum habuisse: adeo ut Hispanis militibus octodecim mensium stipendia debuerit, Germanos non paucos ostiatim stipem emendicare, ac nonnullos paupertate inediaqve extingvi sit passus, qvum nihilominus Ordines sum-

mam

alieno animo non fuisse, illo etiam tempore, qvo nondum secesserat ab Ecclesia Romana. Consentit mecum auctor Stat. reip. et relig. sub Car. IX. p. 157. qvi Hispanis suspectum fuisse commemorat, qvod reformatae religionis hominibus indulgentius favisse existimaretur. *Verum in literis A. CI I LXVI ad Philippum II. missis, qvae extant apud Stradam. dec. 1. lib. 3. p. 86. 87. se inter* subditos *regi* catholicosqve homines *professus est. At ex ea causa non tam iratus offensusqve esse debuit Strada, ut contemptae religionis maculam Auriaco inurat: venitqve hic commodum in mentem mihi, qvod magnus ille Hugo Grotius procul odio affirmaverit, non dissimulasse Auriacum, cum armis religionis causa involveretur,* meliora edoctum a Romana Ecclesia transiisse: *lib. 2. annal. Belg. p. 42. De Egmondano autem tradit Hugonott. script. anonym. p. 139. religionem nunqvam professum esse, et eodem loco habet Albanum, ut qvi religionis nomen praetenderet in maximis factis, nullam autem religionem coleret. Grotius tamen d. lib. d. Belg. p. 40. refert, ipsum et Hornanum* post sacra Romano ritu peracta, *capite plexos: speciatim hoc exeqvitur Baudartius, ac certum mihi facit, Egmondanum, qvum proxime a supplicio abesset, plus studii amorisqve erga Pontificia sacra declarasse, qvam Hornanum, et qvanqvam hic aliqvot gestus Episcopi imitaretur, tamen diiudicari potuisse, neqve ex animo, nec libenter ita fecisse, instanti tamen atqve importunius flagitanti Episcopo qvalescunqve ritus officium tribuere coactum fuisse. Atqve huc pertinet, qvod non idem honor dignitasqve fuerit exeqviarum Hornani, qvam qvae Egmondani fuerat: Baudart. pag. 52. 38. collat. et 54. Sed de Granvellani callidissimi consultoris religione vel me tacente intelligi potest, de qvo publica epistola testimonium dederunt Egmondus, Auriacus et Montmorancius, morbo, in qvem contagione haeretica plurimi e vulgo inciderant,* neqve auctoritatem Granvellani, nec vitam mederi, *apud Strad. d. lib. 3. qvi non diffitetur, vitam eius longe aliam fuisse, qvam sacram pur-*

 puram

mam exactionis subsidii pecuniarii ab ipso ad militum solutionem imperati complerint. Nihilo interim secius maximam civitatum partem praesidiis militaribus oneravit, planeqve exhausit, opprimens eas, ultra salgamum, certa pecuniae summa viritim in militum sumptus danda, qvam *Servitio* vocant: qviqve ei maiorem summam aut Albano, aut eius filio Frederico, *bb* aut eorum asseclis tribuebant, primi ab hac servitii sive vectigalis servitute immunes facti fuerunt. Hisce etiam praesidiis potissimum vexavit civitates in ipsis provinciae visceribus sitas: urbibus interim maximi momenti, et ad fines provinciae sitis, vacuis ab omni praesidio relictis. Vnde multis in locis facilior rerum ac status mutatio est

puram deceret: dec. 1. lib. 4. Ego addo, Granvellani consilia plus ultionis erga Belgas, qvam utilitatis erga rempublicam habuisse, neqve enim, ut regis commodo, sed ut affectibus serviret, svasisse vim, ac conturbandi Belgii auctorem impulsoremqve fuisse: quae quo longius aberant a conscientia optimae mentis, eo certius Granvellani ingenium demonstrant, qvod speciose placidum, re turbidum, atqve exemplo perniciosum fuit.

hh *Fridericus alter Albani filius, patri crudelitate par, et praeter omnem militiae morem saevus fuit. Thuanus caedibus et laniensis infamem dixit, ad A. 1578. haud dubie, qvod homines qvasi pecora occidit, ut comprobat Nardae Harlemiqve excidium: Reidanus annal. Belg. ad A. 1570. Baudart. p. 112. Non qvod Hispani vellent videri violare illud ius, qvod consensione gentium sanctum est, sed qvia militiae iura non putarent iis servanda esse, qvi defecissent: siqvidem subditi non eo loco essent, ut ipsis cum Principe suo tale iuris commercium intercedat, Grot. l. 2. annal. sed cum Batavi redderent vicem, et pari saevitia tractarent Hispanos, cum iis tanqvam hostibus agi coeptum est, Reid. ad A. 1573. Illud vero hic non est praetermittendum, qvod Strada memoriae tradidit, Albanum verbis et exemplo incitasse Fridericum, ac ignominiae turpitudinisqve rationes repraesentasse, et qvod Harlemi obsidionem solvere destinasset, his verbis increpuisse:* Si locum deserere ei in animo esset, se qvamvis lecto decumben-

est orta. Qvid dicam? qvod dum milites Hispanos stipendiis suis defraudat, ansam iis praebuit effraeni qvadam licentiae intemperantiaeqve grassandi: nimirum bonis viris minandi, verberandi, spoliandi, diripiendi, omniqve genere exactionis compilationisqve vexandi? Qvibus omnibus e rebus luce clarius videri potest, omne illud, qvod prae se fert, regiae Maiestatis dignitatisqve et religionis tuendae atqve amplificandae studium, nihil aliud esse, qvam commentitios qvosdam praetextus, qvibus insatiabilem suam avaritiam, et sangvinariam crudelitatem obtegere, fucumqve aliqvem obducere conatur: qvum tamen rei veritas plane contraria manibus habeatur, et oculis cernatur: nimirum illum nihilo am-

bientem in castra venturum: aut (si morbo in horas ingravescente impediretur) accersiturum deniqve ab Hispania ipsius matrem, qvae bello imposito, filii partes abeuntis expleret: *dec. 1. lib. 7. Repetit ex Strada Io. Fr. Pontanus ad A. 1573. Itaqve non dubitanter affirmare ausim, filium sub disciplina patris et militiae artes, et immanitatem hausisse, cum qvotidie tot caedes intueretur, et sciret, ita sentire ac facere patrem, ut suppliciorum acerbitate delectaretur. Sed postqvam horum consiliorum longe alium, qvam putaverat, exitus fuisset, in Hispaniam redux, offenso, ut supra dixi, rege, gravi poena est multatus. Cuius frater Ferdinandus, patrem expeditione Lusitanica occupatum comitatus est, neqve tunc severitatem omisit Albanus, et Didaco inclyta stirpe nato capitale fuit, qvod memoriam rerum Belgicarum refricans, de eo abiecte probroseqve locutus fuisset*, velle se suum ensem contra Albani ensem metiri, ac periculum cum eo facere, an perinde facile sit illi, ut Belgas, sic Lusitanos ad arbitrium circumagere, *Thuan. ad A. 1580. Gessitqve tunc se ita Albanus, ut in senili corpore adhuc ardorem iuvenilem ostenderet, et bellum feliciter, nec tamen sine invidia, conficeret, repetito indicio dissimulati erga eum odii, donec bello hoc operam navaret, cum Philippus non haberet, qvem usu atqve scientia rei militaris Albano aeqvaret, ac necessitate potius, qvam amore [illegible] ipsum adduceretur. Thuan. ad A. 1580. Strada tamen prodidit, Philippum huius viri, qvippe victricibus armis, qvibus Lusitaniam*

sub-

amplius de regiae Maiestatis tuae dignitate, qvam de publica totius provinciae utilitate laborare, qvam qvidem funditus everti atqve interire sinit. Sed qvorsum attinet prolixam harum rerum probationem instituere? qvasi vero nondum satis reipsa declararit, qvorsum omnes eius actiones conatusqve pertineant: qvum ita eum insatiabilis avaritia turgidaqve arrogantia occaecarint, atqve adeo dementarint, ut veluti trophaeum, aeternumqve rerum, qvas diximus, adeo praeclare a se gestarum monimentum sibi ipsi in arce Antverpiana (qvam ipse etiam extruxit) statuam aeneam ex aere captivo, ut in inscriptione eius iactat, erexerit, Nobilitatem et Ordines provinciarum pedibus conculcantem. *ii* Praeterimus hoc loco, qvid illius statuae erectione in animo habuerit

subegerit, immortui, obitum doluisse, qvod summo fidoqve militiae Duce orbaretur, *lib. 7. Maioribus sane omnibus caliginem induxit, et qvod supra memoriam* [illegible]*, contractis cum ultimo regum Gothicorum in Hispania* [illegible] *Ferdinandi V. Catholici, ex qvo per aviam Ioannam descendit Philippus II. cognatione, multum decoris adeptus est: V. Strad. d. lib. In qva etiam supersunt diplomata, qvibus eum* cognatum delectum *nuncupat Philippus, cuiusmodi et legitur apud Pontanum ad A. 1573. Auctores tamen huius epistolae, et scriptores alii peregrinum vocant, inqvantum non est in serie descendentium ex Austria stirpe, et Margarethae adeo atqve Carolo Philippi II. F. Austriis, in universi Belgii praefectura iure nec potuit, nec debuit anteferri.*

ii. *Vt Tiberium Germanicus, ita Philippum Albanus insolenti facto atqve superba huius simulacri ostentatione offendit, et non magis odio Hispanis, qvam Aurisco atqve sociis Batavis ludibrio ac despectui esse coepit. Strada lib. 7. Cornstagg. l. 4. Baudart. p. 140. 141. Pontanus ad A. 1569. Tantumqve abest, ut regi alioqvin suspicaci, et ferum superbumqve Albani ingenium aestimanti, placuerit, ut qvoqve qvatuor post annis deiici statuam praeceperit, sive modestia, qvam praedicat Strada, sive odio in ministrum insolentem sive tandem iusto metu erga Belgas, qvi posita ista statua servitutis suae monumentum positum intelligebant, qvandoqvidem innuebat, pedibus*

rit explicare. Ceterum ubi unqvam ullis historiis proditum legimus tyrannum aliqvem, qvum adhuc in vivis esset, statuam sibi erexisse? Certe Romani Caesares ac reges, qvi totum ferme terrarum orbem subegerant, interdum statuas vel lapideas vel aeneas sibi errigi passi sunt (qvemadmodum hodie Pontifices Romani, qvi sese Dei vicarios iactitant, idem faciunt) semper tamen iussu authoritateqve senatus aut populi, aut saltem eorum consensu bonaqve gratia intercedente id factum fuit. At vero qvod ipsi, qvum adhuc in vivis esset, tale qvippiam decreverint, nullis exemplis, nullis scriptis ostendi potest. Ecqvid enim evidentius vesanae cuiusdam dementiae intolerabilisqve superbiae argumentum esse possit? Ceterum hic tyrannus, ut reliqvos tyrannos omnes tam vesana qvadam arrogantia, qvàm horrenda crudelitate superaret: perinde ac si non regiam tantum, verum etiam divinam maiestatem affectaret, sibi ipse vivus statuam hanc ludibrii plenam, nullo cuiusqvam consilio, approbatione, vel authoritate intercedente, in magnam regiae Maiestatis tuae, dignitatis, authoritatisqve imminutionem et despectum, et in

dibus conculcari Ordinum libertatem. Qvod Arschotanum, festivo ingenio Principem induxit, ut aliqvando familiarius cum Albano deambulans caussam ingenue diceret, propter qvam sibi inscriptio ista displiceret. Nempe qvia explorata Belgarum ingenia haberet, vereri se, ne, qvos pedibus obtritos calcatosqve statua prae se ferat, imitati ultionem, irrita facerent, qvaecunqve Hispanica severitas decrevisset, apud Baudart. p. 141. Pontan. ad A. 1569. Tum vero alii, qvi vacuo animo erant, aut qvibus loqvi liberius licebat, qvaecunqve statuae inscripta erant, in Albani invidiam interpretabantur. Arias Montanus Hispanus ipse, et satis literatus rebatur, triumphum de Nobilitate ac civitatibus indicari. Sed qvaecunqve tandem explicatio sit, peccavit Albanus, tum qvod sibi ambitione odium ac periculum accerseret, tum qvod minando servitutem faceret, ut Belgae servitutem a cervicibus suis depellerent. Imae parti tam invidiosae statuae

in qvandam tyrannidis effraenataeqve violentiae suae, qva hasce provincias tuas qvodammodo protrivit, ostentationem trophaeum erigi curavit. Pari etiam vesania veritus non est, ad exemplum Herodis illius tyranni, Antverpiae in medio foro regiae Maiestatis tuae solium, omnibus antehac principum vicariis intactum, conscendere, ostroqve, qvo totum illud obductum erat, insidere? ac veluti regiae Maiestatis tuae simulachrum atqve idolum, praetextu promulgandae absolutionis, sese spectandum praebere, qvod a nemine unqvam ne regina qvidem, aut alio qvovis principe, qvi hasce provincias gubernarint, tentatum fuit. Qvae omnia, qvis non videt ad manifestum contemptum, magnamqve regiae dignitatis tuae existimationisqve imminutionem pertinere? Haec omnia, Clementissime rex, ita iam omnibus nota, ac per universum terrarum orbem pervulgata sunt, ut omnes exterae nationes et principes adeo impotentem arrogantiam, immanemqve crudelitatem perhorrescere coeperint: adeo ut et ipsi ducis Albani administri ac milites satis profiteantur, se eiuscemodi res nulla ratione ut bonas aeqvasqve probare posse:

haec literis maioribus inscripta erant. FERDINANDO ALVAREZA TOLLEDO, ALBAE DVCI, PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS APVD BELGAS PRAEFECTO. QVOD EXTINCTA SEDITIONE, REBELLIBVS PVLSIS, RELIGIONE PROCVRATA, IVSTITIA CVLTA, PROVINCIIS PACEM FIRMAVERIT, REGIS OPTIMI MINISTRO FIDELISSIMO POSITVM. A dextra parte, qva basis erat, seqventia videbantur: ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΣ ΗΩΣ: a sinistra [illegible] ad modum tropaei erecta legebantur: DEO PATRVM NOSTRORVM: paulo infra in conspectu fuit: PIETAS. Subtus Albani pedes haec extabant: IVNGELINGI OPVS EX AERE CAPTIVO. Vid. Strada et Baudartius saepe alleg. loc. qvorum ille tamen basis latera non expressit: hic statuae effigiem conspiciendam praebuit, ad qvem adiungatur Pontanus A. 1569. Sed qvi ritus atqve instituta fuerint

se: tantum abest, ut ad Maiestatis tuae ac provinciae commodum dignitatemqve spectare arbitrentur. Qvamobrem nullo pacto nobis persvadere possumus, Maiestatem tuam adeo horrendae oppressioni, immaniqve violentiae atqve impotenti vesaniae locum daturam, si rei ipsius veritas paulo penitius tibi declarata esset. Qvis enim unqvam rex aut princeps adeo inhumaniter se erga suos subditos gessit? Maiores tui, Clementissime rex, tantam benignitatem ac clementiam, moderationemqve principibus dignam erga subditos suos prae se tulerunt, ut non solum successoribus suis, verum etiam omnibus Christiani orbis principibus praeclarum virtutum suarum exemplum imitandum reliqverint. Qvinimo si qvando subditi, praefectorum regiorum culpa, aut alia huius generis de causa arma sumpsissent, iterumqve ad Principis sui obedientiam reducti essent: nunqvam tamen res eo processit, ut eiusmodi exempla crudelitatis unqvam edere vellent: qvin potius qvoties de componenda discordia ageretur, summa cura diligentiaqve caverunt, ut ad singula tractationis capita speciatim declaretur, Principes omnia ipsorum

fuerint Romanorum veterum, cum statuas ponerent, et qvibus ac qvam-[illegible] ponendas curaverint, hic explicare nimis longum foret. Nostro [illegible], vere atqve graviter invehi Ordines in Albanum, qvod statuam nulla auctoritate publica decretam, cuiusqve honorem nulla re[illegible] [illegible]orum conscientia sustentare potuit, neqve promereri se intellexit, [illegible], SOLA AMBITIONE SVA ATQVE ADVLATIONE PRIVATA, sibi posuisset, praesertim tam turbido reipublicae statu, totqve in aula Hispanica aemulis, et rege vel ob minimam demptae sibi gloriae [illegible] indignari ac fremere solito. Qvanto magis igitur Atticum sibi [illegible] debuit, qvi ut apud Cornelium Nepotem est, restitit, ne qva sibi statua poneretur. *Ipse autem non modo non restitit privatae qvorundam [illegible], Atticus enim iuditio decretoqve publico, sine qvo nullae statuae ponebantur, per modestiam restitit, sed etiam inscio rege, atqve invitis*

rum privilegia, immunitates ac iura integra conservaturos, sancteqve et inviolabiliter observaturos. Adeo ut insignem regiae Maiestati tuae iniuriam facturos esse sibi persvadeant, si eo se adduci sinant, ut credant, Maiestatem tuam a praeclaro maiorum suorum exemplo, imo ab officio boni regis ac Principis descivisse. Qvod qvidem facerent, si subtracta fidelibus subditis suis iustitiae administratione, et negata miserabilibus ipsorum qverelis audientia, tyrannum ipsis aliqvem mitteret, qvi omnes ex aeqvo crudeliter trucidaret, devastaret, et in perpetuam durissimamqve servitutem pertraheret. Qvocirca qvum nunc dux Albanus adeo freqventer nobis suam absolutionem proponat, perinde ac si Maiestatis tuae nomine, anteacta crimina commissa rebellionemqve (ut ipse vocat) nobis condonare velit: nulla ratione ea admittere possumus, absqve summa regiae Maiestatis tuae dignitatisqve iactura. *kk* Hoc enim

vitis Ordinibus, [illegible] ut statua sibi poneretur, quam si omisisset Albanus, [illegible] tanta se periculis exposuisset, et invidiae offensionisqve occasionem [illegible], maioremqve prudentiae famam retinere potuisset. Sed de [illegible], et una antiquitatis causa vid. Iust. Lipsius elect. lib. 1. cap. 14. conf. Iul. Caes. Buleng. de imp. Rom. lib. 2. cap. 12. Emund. Figrelius lib. sing. de Stat. Rom. cap. 8. 9. seq.

kk. *Rationi ac legibus conveniens est, ut ordine sociali constituto poena sit ex delicto, delicti autem venia a nemine, praeterqvam a potestate publica, praestetur. Ceteroq. in mero naturae iure, nec constituitur poena, nec infligitur, multo minus eo cognoscitur de gratia poenae faciendae. Eqvidem iure mere naturale, et qvatenus ab omnibus, qvae ex instituto sunt, secernitur, consistit tantum in eius iusti tributione, qvae continetur finibus innati iudicii rationalis, nec aliam viam habet: cui qvi insistit (ut ductu eius insistere omnes debent) is nil poena dignum facit, neqve poena tenetur, et si hac propter delictum in republica, aut societate gentium, ubi leges poenarum constitutae sunt, tenetur: non tamen naturae ius poenam praescribit, neqve definit, penes qvem sit potestas poenae propter delictum irrogandae. Ceterum arbitratur Grotius, natum [illegible] indicari saltem,* convenientissimum esse, ut id

enim nobis certissimo persvademus, Maiestatem tuam nulla ratione nos aperti criminis rebellionisqve damnaturam, qvin prius nos audierit, causaeqve nostrae aeqvitatem cognoverit. Nunc vero qvis est, qvi horum aliqvid Maiestati tuae unqvam declaraverit? aut qvis unqvam a Maiestate tua auditus

tus

id fiat ab eo, qvi superior est: *de I.B. et P. II. XX. 3. Qvanqvam non nescio, [illegible], qvo qvis superior est, iam tum constitutum ius intelligi, si statim in [illegible] naturali tam insignis dissimilitudo haud facile conveniat, et forte alia indicia sint, qvibus cognoscamus, mero naturae iure tale discrimen [illegible]. At vero qvicqvid eius sit, qvod alibi disqviro, nunc omni studio cum huius epistolae auctoribus conniti debeo, ut condita, et diu adulta, et plurimis seculis valida Batavorum republica probem, Batavos saltem ex [illegible] recusasse merito eam impunitatis formulam, qva receptis [illegible] in fidem, qvas regi semper approbare studuerant, foedassent, atqve si se reos fecissent criminis, qvod hactenus constanter diluebant, [illegible] liberassent Albanum, se autem in periculum coniecissent, [illegible] qvam incertum et fallax in ea benignitate, qvam Albani libidine moderaretur, praesidium sibi futurum esset. Primo autem Albanus Pii V. Pontificis, ut qvocum Philippus II. communicasset, atqve ab eo talem erga Belgas benignitatem impetrasset, in oblivionis decreto meminit: cuius tamen nomen atqve acta passim exosa erant, qvod praetextu religionis tot mala in capita Belgarum accersivisset, et in qvo nemo antea sectae nomine male habitus ponere fiduciam posset. Deinde qvis certos redderet Belgas, id firmum ratumqve fore, qvod a gratia Pontificis suspensum esset? Qvi hactenus fecisset, qvod ob religionem, velut crimen damnati, proscripti, et a communione iuris ac legum, atqve a Reipublicae societate avulsi fuissent. Mox animum proponebant, qvod non esset lata oblivionis lex ad hunc modum: NE QVIS ANTE ACTORVM ACCVSARETVR, NEVE MVLTARETVR. Nam qvi motuum auctores, qviqve concionatores, ac horum associatae fuissent, tum qvi sumptis armis contra Pontificia Sacra ac Romanae sedis venerationem, atqve contra auctoritatem regis fecissent, excludebantur. Postremo omnes, qvi ius dixissent, magistratus, senatus, gubernatores [illegible], a pensionibus, a secretis, et qvi his affine officium gessissent, illo ipso oblivionis decreto non continebantur. Baud. p. 74. seq. Ipse Strada*

con-

tus fuit, nisi apertus hostis et capitalis inimicus? Qvum tamen hoc satis omnibus constet, utramqve partem audiendam esse, priusqvam sententia ferri qveat? Qvo qvidem nomine veteres historiae Alexandrum Magnum vehementer commendant: qvi qvotiescunqve alteram partem audiret, capite in cubitum reclinato alteram auriculam obstructam servabat,

confitetur, in diplomate multa fuisse exceptionum capita, qvae non satis tuto praestarent, qvibus praeteritarum venia fuisset facta, atqve adeo confirmat idem, ut scribat, agnosci potuisse Philippi II. offensam, qvod Albanus non, uti ex praescripto debuit, latam oblivionis legem promulgasset: dec. 1. lib. 7. Inprimis autem haec Belgarum circumspectio erat, ut caverent, ne sua culpa, neqve suo merito haberentur pro reis violatae majestatis, qvam nil hactenus contra regem remqve publicam fecisse videri vellent. Propterea sancte obtestati sunt, notum facere se coram Deo et hominibus, in bona fide et conscientia nil velle foedere suo moliri vel tentare, qvod vel ad contemptum Dei, vel ad diminutionem auctoritatis et dignitatis regiae, statusve eius atqve universi imperii tendere possit: *[illegible] apud Sigismundum Feyrabendium edita pag. [illegible]. Qvare [illegible], atqve iis excusationibus, qvas [illegible] auctores afferunt, dum ostendunt, non se regi, sed regis consiliis adversatos. Qvapropter appellant lenitatem Austriacam, [illegible] benignitatem, adducto Philippi maiorum exemplo, qvi in Belgio nati essent, et Belgarum rebus optime prospexissent. Neqve mirum fuit, qvod Auriacus A. CIↃ IↃ LXIIX. ad Maximilianum II. Caesarem scripsit, et per singularem omnium usqve perspectam Austriacorum clementiam obsecravit, provideret, ne Belgae tam indignis modis [illegible]entur: ap. Pontan. ad d. A. Neqve defuit petenti Caesar, et [illegible] enixe graviterqve intercessit, ut affirmaverit Grotius,* nil illo ingenio mitius ullis regnis contigisse, *l. 2 Ann. Belg. Constatqve de Rudolpho II. et Belgas amore complexus fuerit, et nil magis pensi habuerit, qvam ut consuleret Belgis, atqve in tempore his [illegible] mederi posset, licet metu Philippi non auderet, qvem sciebat [illegible] consiliis odia rependere solere. Qvod cum in animo eius fixum esset, et Patris exemplo didicisset, gravius ferebat, Matthiam fratrem inconsulto Philippo profectum ad Belgas, sive offensionis metuens, ut tradit Baud. p. 262. sive ut admoneret,*

bat, rogatusqve qvo consilio id faceret, respondebat: Vt alteri etiam parti plenam integramqve auriculam praebere posset, aeqve ac priori: qvod certe apud omnes gentes atqve nationes magnam aeqvitatis moderationisqve laudem invenit, et iuri naturali plane consentaneum est, adeo ut nemo maleficus, qvantumvis atrocia facinora commiserit, damnari unqvam possit, nisi purgatione defensioneqve eius antea audita. Nunc igitur, Clementissime Rex, ad Maiestatis tuae pedes prostrati suppliciter oramus, ut nobis alteram aurem accommodare, causamqve nostram aeqvitatis trutina examinare velis. Maiestas tua nihil hactenus praeter Ducis Albani eiusqve assectarum nuntios, instructionesqve accepit, et ab

[illegible], qvae tunc vehementiora erant, consilia esse fugienda, [illegible] praeparari [illegible] fratrem, et cognatum Ferdinandum, [illegible] est a vi atqve odio erga eos, qvi diversa sacra amplexi essent, apud Rud. ad A. 1600. Verum Matthiae multa obstabant, [illegible] terroremqve Hispani nominis amoliretur: itaqve post [illegible] tandemqve [illegible], e Belgio A. CIↃ IↃ LXXXI. [illegible] maioribus turbis praevertendum esse. Nam [illegible] auxerant, [illegible] alieniores [illegible] praeterea [illegible] Coloniensi ex sententia non [illegible]: [illegible], qvod perpetuum fere [illegible] malum erat, [illegible] perstiterat, ac haud temere metuebat, [illegible] Belgio, qvi in partes [illegible], Rempublicam [illegible]. Vid. Bent. p. 361. Strada dec. 2. l. 1. et l. 4. [illegible] omnes [illegible], qvod neqve ab hoc regi gratiam iniret, nec [illegible]. Displicebant enim Philippo II. [illegible] A. CIↃ IↃ LXXVIII. [illegible] consenserat, et qvia iniussu [illegible] Belgii [illegible] susceperat: Ordines [illegible], cum [illegible], qvi [illegible] atqve redintegrandis iuribus [illegible] frustratus fuisset. Persuasi [illegible] erant, [illegible] Rudolphum, et qvod Belgii causa ad ipsum qvoqve pertineret, [illegible] Ioannes Austrius, qvi contra datam fidem libertati [illegible] insidias

ab [illegible] rerum ſtatum cognovit. Fauces nobis hactenus obturatae fuerunt, lingvae ignitis ferris transfixae, labia candentibus forcipibus conſtricta, ne de aerumnis noſtris miſeriisqve conqveri poſſemus: Viae etiam obſeſſae obſtructaeqve fuerunt, ita ut neqve literae noſtrae, neqve ploratus ad Maieſtatem tuam perrumpere potuerint. Qvonam igitur pacto Maieſtas tua nos alicuius criminis, nedum rebellionis ſeditionisqve (qvam per omnem vitam noſtram execrati ſumus) merito damnare poſſit? Idcirco qvum nunc dux Albanus abſolutionis ſuae diplomata nobis proponit, eaqve ratione nos ad ſuum Imperium reducere conatur, qvam videat ſe nulla vi (admirabili Dei benignitate atqve miſericordia) ad veſaniae ſuae metam

ſtruxiſſet, et violatis, qvae iureiurando firmaverat, pactis con[illegible] Ordinum animos diſtraxiſſet, remqve publicam in ſervitutem redigere [illegible] fuiſſet, de Belgica praefectura decederet: apud Thuan. ad A. 1578. Sed Rudolphus ut maxime cuperet ſubvenire [illegible] Belgarum rebus, tamen qvod vo[illegible]it, non [illegible] Philippo id ſolum [illegible] ratione habere, qvod haberet *ſeveritatem: qvod, ſi nihil aliud, [illegible] primo qvod pactionem Gandavenſem, [illegible] Belgae crediderant, [illegible] praefectus ab eo miſſus, neglecta prorſus fide iureiurando[illegible], ac Ordinibus varia ſimulatione atqve verbis ſpecioſis illuſiſſet, ex qvo factum, ut primum* de externo patrocinio *cogitarent, Thuanus ad A. 1578. Deinde qvod plerisqve poſtulatis impedivisſet, qvo minus pacificatio Colonienſis, qvae ſola adhuc reſtabat, ultimum rebus ruentibus remedium futura, ad exitum, uti optabat Rudolphus, perduceretur. Qvanqvam enim nunc ſe pronum oſtenderet Philippus ad confirmandum Gandavenſe pactum, tamen eius, qvod in illa controverſia praecipuum erat, ſpem praecidit, et poſcentibus ſacrorum libertatem, minime concedendam cenſuit. Strada dec. 2. l. 2. Ita vero demum contigit, ut Belgae foederati omne Hiſpano obſeqvium renunciarent, remqve publicam novam conderent, prompto ad haec Auriaco, qvod licet eventu ardua forent, tamen tutiſſima eſſent ſibi. Qvod Grotium adduxit, ut ſcriberet, Auriacum,* nunqvam

metam pervenire posse, qvo pacto illa acceptabimus tanqvam ad nos pertinentia, qvi nunqvam nos a debita Maiestati tuae obedientia abduci vel avelli passi sumus? nisi forte Albanum in locum nostri regis suscipere agnoscereqve velimus. Illi enim soli restitimus, non tuae Maiestati, cui sangvinem et fortunas nostras ad extremum vitae spiritum libenter impendere cupimus. Ideoqve illius absolutionem nihil ad nos pertinere iudicamus, qvae cum iis tantum civitatibus agit, qvae se a regis obedientia abduci passae sunt. // Ceterum facile intelligimus, qvid hoc facto in animo habeat: nimirum ut se regem nostrum statuat, aut saltem ut nos fraudulenta eius absolutione pellecti, nostri ipsorum iudices simus, sententiamqve de nobis ipsis feramus.

qvam dubitasse, omnem cum rege pacem in suum periculum fore, *ann. Belg. lib. 1. p. [illegible].*

II *At qvaenam harum numero civitatum fuerint, difficile dictu est, si ex [illegible] privilegia atqve immunitates est loqvendum. Sin qvod [illegible] convenit, dicendum sit, congruens arbitrari possis, eas urbes intelligi, qvae sive Hispanis aditum intercluserant, ac poscentibus claves denegaverant, sive hostes ab Hispanis iudicatos sumptu annonaqve iuverant, praesertim illo tempore, qvo adhuc fortunae suae utcunqve diffidebant Ordines, ac verebantur, ne exitiosum sibi consilium foret, qvod protinus in desperationem verteretur. Erant vero inter eas, de qvibus dixi, urbes Mechlinia, Narda, Harlemum, et plures, in qvas tamen atrocissime vindicatum est, nunqvam ex vindicta modum tenente Albano, unde maior partium [illegible] atqve pertinacia acrior novum bello alimentum dederunt. Neqve id nesciebat Philippus, et hanc ob causam recusabat sufficere Albano in praefecturam filium, qvippe* actionum paternarum *pariter* ac odii participem, *apud Grot. l. 2. annal. Belg. Poteratqve hoc incendium transiri ad Germaniam, si Albanus rebus in Belgio firmatis, omne studium atqve operam adhibuisset, ut religionis atqve Belgarum effugii titulo, invaderet proximas Rheno Amasiqve urbes, in qvas exules confugerant. Qvam Albani fuisse sententiam, expressit in senatu imperii Marnixius, apud Dinantum ad A. 1578. conf. Grot. ann. Belg. l. 2. p. mihi. 43. sq. Id vero consilium*

ramus. Si enim eius absolutionem suscipimus, profecto rebellionis, excitataeqve adversus regem nostrum seditionis culpam agnoscimus. Imo etiam haereseos defectionisqve a Christiana fide, atqve ut summatim dicam, laesae atqve imminutae divinae simul et regiae Maiestatis reos nos statuimus. Hoc ipsum enititur, ut nos acceptione fictitiae falsaeqve absolutionis, veluti nostro chirographo subscribamus et consignemus, ut hoc pacto in posterum se apud Maiestatem tuam aliosqve principes excusare purgareqve possit, et horrendam suam tyrannidem velare: dicens, nisi eiuscemodi flagitia, qvae adeo atroces poenas graviaqve supplicia merentur, commisissemus, nos veniam absolutionemqve nulla ratione admissuros fuisse. Hic vero Deum Optimum Maximum (cui omnes arcani cordium recessus sunt explorati) et Maiestatem tuam obtestamur, nos si qvid eiusmodi scelerum machinati sumus, qvantum nos illa absolutio insimulat, veniam nullam precari, imo potius libenter, veluti teterrimae humani generis pestes, flagitiorum poenas capitibus nostris luere volumus: neqve ulla ratione recusamus, clementissime Rex, ut in omnes nos ex aeqvo exqvi-

[illegible], ut non Westphaliae modo, sed etiam universae Germaniae [illegible] periculum afferret, siqvidem Colonia Agrippina, Embda, Monasterio, ac finitimis urbibus in potestatem redactis, nil tam pronum fuit, qvam Germaniam in visceribus suis debellare. Qvod olim ab Hispanis, id proxime a Gallis metuendum sibi Germania duxit, atqve [illegible] in communi periculo auxilium commune [illegible], eo maxime, qvod praeter imperii maiestatem foret, si imperii Principes tot iniuriis damnisqve afficerentur.

mm. *Haec documento sunt, Belgas, qvi [illegible] Albano tantum restitisse se dixerant, non regem ipsum sed per latus petere, [illegible] obscure denunciare [illegible] consilium, si Albano atqve [illegible] dominationem [illegible] indulgeret. Sed [illegible] Philippi gratiam [illegible], ut qvoqve odii acrioris causam darent, gnaro ingenii regis [illegible], et praecisa sibi*

qvibus suppliciis animadvertatur, utqve membratim discerpantur, modo eiuscemodi atrocium flagitiorum rei esse convincantur. Qvinimo rogamus ducem Albanum (si ullae modo preces apud eum locum invenire possunt) ut qvotqvot ad illum confugerint impetrandae illius veniae absolutionisqve caussa, modo se iis, de qvibus accusantur, sceleribus obnoxios esse profiteantur, culpamqve agnoscant, in eos nulla adhibita misericordia, prout eiuscemodi criminum ratio postulat, animadvertat. Ceterum nullus unqvam comperiet, nos eiuscemodi aliqvid vel levi cogitatione concepisse, tantum abest ut reipsa commiserimus. Siqvidem regi summam perpetuo obedientiam observantiamqve detulimus: Deum etiam omnipotentem ac Patrem Domini nostri Iesu Christi, in spiritu et veritate iuxta sanctum praeceptum ac verbum ipsius semper, qvatenus per virium nostrarum imbecillitatem licuit, colere studuimus, idemqve ad extremum usqve vitae spiritum praestare parati sumus. At vero qvum sensimus ducem Albanum, loco administrandae iustitiae, et qverimonias nostras exaudiendi, et promissa pactaqve tua exeqvendi, nos praeter omne ius et aeqvum, contraqve omnia nostra privilegia atqve immunita-

[illegible] ipse, non abnuente occasionem maioris motus. Qvamqvam [illegible] paulo [illegible] verba mox solerter et cum ratione temperavit, qvo approbarent, nullum integri civis officium deserturos, qvoqve ita rex de se existimet, omnem operam navaturos, dummodo provideret, ut sordida atqve ignominiosa servitute, qvam Albanus imposuerat, liberentur. Nec tamen amoto Albano, melior commutatio fuit, non minori Philippi errore, qvam culpa Praefectorum: illi enim non dubito medicos fuisse imitandos, qvi dum [illegible] remedium qvaerunt, prius morbum sanant, qvam [illegible] qvod ad laborantibus [illegible] effundatur: apud Polyb. excerpt. l. 13. Qvam [illegible] Philippus, et cum posset, non emendavit, sane plurimum robur suis [illegible], [illegible], qvod utiqve omnia darent, ne decimam darent, *Grot. l. 2. annal. nam de edicto inqvisitionis*

nitates, inaudita horrendaqve tyrannide opprimere, totamqve provinciam evertere, multoqve crudelius in nos, qvam unqvam aut Turcae aut Saraceni in hoſtes ſuos debellatos, ſaevire: atqve interea nos apud Maieſtatem tuam, et apud Chriſtianos Principes falſis criminationibus defectionis, rebellionis, et haereſeos onerare: ita ut omnis audientia nobis negaretur, neqve alicunde nobis ulla ſolatii ſpes affulgeret, violenta qvadam neceſſitate ad arma capiendum impulſi ſumus, et ad omnia remedia tentandum, qvibus miſere oppreſſam patriam noſtram ab huiusmodi horrenda tyrannide vindicare posſemus: potiusqve ad unum omnes interire, qvam ut nos in eiuscemodi tyranni poteſtatem dedamus. *mm* In qva qvidem ſententia firmiter adhuc perſiſtemus, niſi Maieſtas tua benignitatis ſuae oculos ad nos deflectere, noſtrisqve qverelis accommodare dignetur, ut nos ex iure et aeqvo adverſus tantam violentiam tueatur. Neqve enim adeo male in in ſacris literis inſtituti ſumus, qvin ſciamus vitam et mortem noſtram in Dei manu ſitam eſſe: et mortem hanc noſtram, qvam nemo mortalium ſubterfugere poteſt, nihil aliud

ſitionis alias differo, et liquet ex huius epiſtolae contextu, tam iniqvo animo tulisse Belgas, ut illius abolendi cauſa foedus ictum fuerit, Grot. ann. 1. nec maior unqvam indignatio apparuerit, qvam contra Belgicam inqviſitionem. Eo ſani odii Hollandi qvidam precessere, ut dentibus cadavera Hiſpanorum concerperent, auctorqve eſt Grotius, nautam iſtius gentis evulſum Hiſpani cor morſibus ſcidiſſe, *annal. 2. Si praefectos ſpecto, idem neceſſe habeo qveri, Albani enim imperium ſaevum, Requeſenii Albano imparis iniuſtum, Ioannis Auſtrii perfidiae plenum fuiſſe, paulo ante eſt comprobatum. Mathias non multum habuit praeter nomen atqve externos honores, Grot. annal. 2. Alexander Farneſius Parmenſis artes demerendi Belgas praeclare calluit, atqve in puniendo et ignoſcendo modum ſervavit, nec facile qviſqvam fuit, qvi perinde animo teneret* fidei uſum, et peritiam ſimulandi, *Grot. annal. lib.*

ud eſſe qvam tranſitum commigrationemqve in vitam illam ſempiternam. Qvocirca qvum mors noſtra aliis oblectamento ſit, honeſtam mortem pro libertate ac ſalute patriae noſtrae oppetere malumus, qvam in eiusmodi ſervitutem venire, ut protervam exterorum hominum inſolentiam alere debeamus: qvi perpetuo in nos ingenti qvodam odio atqve invidia flagrarunt. Certe poſteris noſtris eam famam ac gloriam relinqvemus, ut honeſte gloriari poſſint, iis ſe maioribus ortos, qvi Hiſpanicorum Inqviſitorum ſervi eſſe noluerint, qviqve veriti non fuerint vitam ignominioſam honeſta morte redimere. Pugnamus pro libertate noſtrarum conſcientiarum, uxorum, liberorum atqve adeo bonorum

lib. 3. Qvibus rebus et magnam ſibi paravit gloriam, et Belgii reliqvias ſervavit, qvanqvam et illa ſuſpecta eſſet regi, et qvotidie magis invidioſa redderetur, qvod plura ad ſuam famam, qvam ad regis utilitatem dirigere videretur, Reid. an. ad A. 1592. Ceterum qvo tempore gratia adhuc Philippi et virtute ſua florebat, diligenter occaſione utebatur, et pleraſqve Flandriae Brabantiaeqve urbes foederatis, dum commune fallere non potuit, eripiebat, et prudentia ſua partim reſidua conſervabat, partim amiſſa inſtaurabat, Gandavum occupabat, Bironum fugabat, Belgaſqve diſceſſu Alenſonii diſtractos diſturbabat, et morte Gvilhelmi Auriaci perculſos ſi gnaviter diſſipabat, et Gebhardo Truchſeſio ob recepta Proteſtantium ſacra de Archiepiſcopatu Colonienſi dejecto, qvem ferre non poſſent. Ipſe Pontifex in laetitiam effuſus, dignum exiſtimavit, qvem Romae inſcriptione honoraret, ac regimen eius fauſtum ac felix duceret haberetqve. Igitur hanc notam rerum ab eo geſtarum eſſe voluit, et dare ipſius laudi, ut memoria ſeqventibus verbis celebraretur. ALEXANDER FARNESIVS OCTAVII FILIVS, PARMAE ET PLACENTIAE DVX TERTIVS PROVINCIAM NACTVS BELGICAM, PHILIPPI HISPANIARVM REGIS IMPERIA DETRECTANTEM, MASTRICCVM VRBEM MVNITISSIMAM EXPVGNAVIT, BIRONIVM GALLVM, DIVERSARVM

K PAR-

rum capitumqve noſtrorum : Nimirum an dux Albanus cum ſua factione violentum in ea imperium ſit habiturus, ut de iis pro ſuo arbitratu libidineqve decernat: an vero nos ea armata manu pro Dei cultu et clementiſſimae Maieſtatis tuae dignitate ad extremum usqve vitae ſpiritum protegemus atqve tuebimur. Scimus vitae noſtrae certos praefixos limites, qvos Albanicae abſolutionis auxilio neqvaqvam excedemus. Idcirco hoc unum petimus, et obnixe oramus, ut Maieſtas tua qverimonias noſtras audire, remqve ipſam cognoſcere dignetur: ne cogamur eiuscemodi abſolutionis admiſſione nobis poſterisqve noſtris adeo foedam ac turpem ignominiae notam, nimirum rebellionis adverſus Deum et re-

PARTIVM DVCEM, COLLATIS SIGNIS PRAELIO VICIT, &c. Sed ea decora utinam prorſus illibata retinuiſſet, ac gloriam longo labore partam non obliteraſſet, qvod qvidem poſtea per ſocordiam eius contigit, poſtqvam occupata Antverpia, ſegnius bellum gerere viſus eſt, Reidanus ad A. 1592. Sed utcunqve ageret, invißus erat, nam et magnitudine ſua antea invidiam, et comitate ac clementia in hoſtes odium peperit, qvod uti metus propter virtutem eminentem, ita in ipſum eius odium eſſet, optante Philippo adminiſtros, qui pares negotio eſſent, non ſupra, Tiberium hic, ut alias qvoqve imitatus. De illo Tac. annal. I. 80. de hoc Reid. all. lo.. conf. Grot. hiſt. lib. 2. qvi cum ipſum ob virtutes laudat, tum refert, idem eius ac diſciplinae amiſſae fatum fuiſſe: Strada, qvi in ipſo deſinit, commemorat, promiſiſſe regi, elaboraturum, ut qvum omnia ſibi nunc prona eſſent, et plurima iam tum recuperata, qvamprimum Hollandia et Selandia *ipſius* imperio reſtituerentur, *dec. 2. lib. 10. Sed longe alia mens Philippo erat, qvi arma in Belgio inhibere decreverat, ſacro foederi pariter, et avocando Farneſio intentus. Baud. polemogr. Naſſov. part. 2. p. 149. cum qvo ſatis habeamus pronunciaſſe, ſi hic, aut qvis huius ingenio praeditus ante Albanum in Belgium veniſſet, nunqvam Belgium ab rege defecturum fuiſſe. Poſt Farneſium miſſus eſt Erneſtus Archidux, amore Auſtriaci nominis conciliaturus, qvi armis domari non poſſent. Sed a auſteris moribus,*

regem (qva qvidem nunqvam laboravimus) inurere. Qvamvis hoc etiam pro certissimo habemus, etiamsi nobis animus esset suscipiendae huius absolutionis, eam tamen ob causam ducem Albanum cervicibus nostris neqvaqvam parciturum: imo meliori iure extremam in nobis castigandis severitatem adhibiturum, qvod qvidem nunc se conseqvutum putat. Multo etiam honestius se apud qvodvis hominum genus excusare posset. Nam ea ipsa ratione qva nos rebellionis in Deum et Regem reos agnosceremus, nemo merito sortem nostram deploraret, si tanqvam hostes atqve perturbatores publicae tranqvillitatis e medio tolleremur. Atqvi etiamsi res ita se non haberet: satis tamen ex omnibus ducis Albani

ribus, atqve affectata gravitate, omnium odium atqve reprehensionem incurrit, in circis ac compitis falso carmine notatus, ac nulla re gesta celebris, cui Albertus Austrius A. CIↃ IↃ XCIIX. successit, matrimonio Isabellae Clarae Eugeniae, Philippi II. filiae, Belgium in dotem sibi pactus. Verum neqve hoc consilium valuit, et Belgas libertatem asserentes servituti adduxit, iis qvippe legibus praescriptis, qvae nullam, praeterqvam Romanam religionem, permittebant, ac utriusqve Indiae aditu commercioqve prohibebant. Grot. hist. lib. 7. Cumqve ea spes Philippum fefellisset, nec Angliam, ad qvam oppugnandam magno sumptu classem instruxerat, subegisset, et Galliam, qvam occupandam speraverat, excidisset, ad haec Belgii potiorem partem amisisset, tum plurima turbidis consiliis contraxisset, demum tam copiosos ac paene incredibiles Indiae thesauros, atqve immensam pecuniae vim, qvam promisso foenore, sed postea irrito, a Genuensibus acceperat, consumpsisset, Laurentianumqve Palatium, rebus in Belgio dilabentibus, magno atqve inutili impendio aedificasset, tandem pediculari morbo consumptus decessit, Thuanus histor. [illegible] Rudanus ad A. 1598. Grotius hist. lib. 7. Omnibus regibus, cum viveret, suspectus et formidatus, sive qvod omnium opibus inhiasset, sive qvod vastum aliqvod terrarum orbis imperium animo agitasset, illis ipso vero etiam ab hostibus laudatus, qvod omni fortuna idem, ac semper adversus fortuita firmus, consiliorumqve omnium de republica

ni actionibus et consiliis liqvet, ipsum nihil minus cum animo suo statuisse, qvam fidem nobis datam servare. Nam praeter iusiurandum, qvod ducissa Parmensis caeteriqve proceres ac gubernatores harum provinciarum Maiestatis tuae nomine civitatibus adeo solenniter praestiterant, violatum in omnibus urbibus, qvas ultimo hoc bello recepit, perfidiam suam satis declaravit. Montibus Hannoniae praeter iusiurandum et pactum suum qvamplurimos cives in crucem adegit. Nardae etiam, violatis pactis et promissis suis, tam horrendam caedem excitavit, qvanta in tam exigua urbe nulla unqvam audita fuit. Nunc vero Harlemii, qvum ipse aut saltem Fredericus eius filius, ipsius nomine, militum vitae

se

ca particeps pariter atqve auctor esset, Vid. dicti scriptores alleg. loc. Inde coeperunt magis arctae esse Hispanorum res, nec qvicqvam tamen omisit Philippus III. qvo imminutas vires reficeret, ministrorum tamen potius, in qvo Patri dissimilis erat, qvam suo consilio nixus, et compertus acris consilii contra Batavos initi, si fortuna coeptis aspirasset. Grot. hist. lib. 7. Sed interius ingens vulnus accepit ex Mauritii expeditione Flandrica, qvam literis consignarunt A. Neomagus, edit. Lugdun. Batav. [illegible]. ad A. 1600. Meminitqve eius ingenio et iudicio eleganti vir Vbbo Emmius in vita Gvilielmi Ludovici Nassov. edit. Groning. conf. Grot. hist. lib. 9. Tum vero maximum suae fortitudinis monumentum habuit Mauritius, qvod secundo ad Neoportum praelio facto, prorsus creditum fuisset, cum Alberto castris exuto, Adolphi Nassovii, ante CCCII. annos ab Alberto I. Austrio rege Romanorum caesi vindicem pariter Nassoviis, et liberatorem Batavis contigisse. Qvo conf. Albertus Argentinensis chron. ex recens. Vrstis. p. 110. Vrspergens. paralip. ad A. 1299. Gvil. Baud. part. 2. pag. 258. qvi omni asservatione affirmat, Austriacos Nassavianis has dedisse poenas: *non vano omine, qvod monumentis mandavit Hugo Grotius, ipso die inaugurationis Alberti, Batavum qvendam intuentibus, qvi eo confluxerant, vicis aliqvot ignem intecisse, hist. Belg. lib. 8. Qvanqvam nec ista Mauritii felicitas ex solido fuit, postero tempore non exiguam gloriae suae iacturam fecit, ipsis etiam*

se parciturum promisisset, eamqve ad rem proceres qvidam fidem suam interposuissent, ad unum omnes, etiam ad pedissequos usqve perqvam nobiles adolescentes miserabiliter trucidari iussit, eorumqve cadavera nuda, omnibusqve vestimentis exuta, cum summa mulierum virginumqve praetereuntium offensione, in publico theatro per integrum diem et noctem exposita esse voluit. Imo eos ipsos, qvi urbem dediderant, et qvorum nomina acceperat, suosqve stipendiarios fecerat, ad triremes, qvae in qvodam Harlemensis portus sinu (Fauces appellant) substiterant, ablegavit. Qvumqve militibus vitam pollicitus esset, fame atqve inedia extingvi passus est: dicens, se qvidem vitam iis pollicitum, victum

etiam Belgis, qvorum ipse caput erat, ob tantam pristinae fortunae commutationem pulsantibus, ut prodidit Pompeius Iustinianus in bello Belgico Italica lingva scripto, qvod in Latinum convertit Iosephus Gamurinus, legendus sub annum 1606. edit. Coloniens. Neqve tamen a principio historiae differi sustinet, Hispanos vix ullum gravius damnum esse passos, qvam A. cIↃ IↃc I. Nec scio, expugnatione Ostendae plus qvaesitum sit Hispanis, an amissum: nam per id tempus, qvo Ostenda a Marchione Spinola oppugnata est, foederatis deditae sunt munitissimae urbes, Gravia, Isendicum, inprimis Slusa atqve Ardenburgum, apud Io. Balinum de bell. Belgic. cap. 8. Qvae cum apud animum reputasset thalassiarchus Galliae Chastillonius, dixisse aiunt, diuturnas magnarum urbium obsidiones esse coemiteria magnorum castrorum. *Thuanus refert Alberti Archiducis uxorem, cum visura urbis rudera venisset, non potuisse tenere lacrimas, ad A. 1604. Vnum tunc, qvod semper alias, Hispanis bello diuturno exhaustis grave erat, qvod cum fame atqve inopia conflictarentur: Batavis interim navigatione Indica occupatis, et hoc commercio reiqve publicae profuturum consilium adeptis, ut qvaestus atqve thesauros Indicos, qvi materia bellandi hucusqve apud Hispanos fuerant, regi praeriperent, et nova cura impeditum, fortius distinerent. Vbb. Emm. vit. Gvil. Lud. p. 210. Qvod primo qvidem factu arduum videbatur ac periculum plenum, postea tamen ob-*

ctum neqvaqvam. Qvin etiam cives ipſos Harlemenſes, qvorum vitae ſe parciturum promiſerat, ut in obſidione urbis Alkmarienſis pro foſſoribus mererent, coegit: ut ibi ab eius oppidi incolis miſere trucidarentur: qvod qvidem qvavis barbarica tyrannide, crudelitateqve eſt immanius, merusqve praetextus eſt, qvo perfidiae ſuae velum aliqvod et fucum obducere conatur. Adeo ut manifeſtum notiſſimumqve ſit, ipſi neqve promiſſa neqve pacta iureiurando confirmata ſervandi ac praeſtandi animum eſſe: nn niſi forte ad exiguum aliqvod tempus, ut ea ratione facilius ab aliis, id qvod vult, impetret, utqve factum ſuum aliqvando tam apud Maieſtatem tuam, qvam apud alios Principes probare ac tueri

obſervatum eſt, non magis felix, qvam utile conſilium fuiſſe. Haec dum agebantur, Albertus Archidux de pace cogitabat, et qvo ſe regemqve Hiſpaniarum belli finiendi cupidum oſtenderet, Foederatis Ordinibus A. CIↃ IↃC VII. ſignificabat, ſe hoc animo eſſe, ut ceſſatio armorum ad octo menſes coniungeretur. Cumqve id ſerio ageretur, aſſenſere Ordines, ne [illegible] pacis adducerentur, neqve recuſarunt, qvominus ceſſatio illa ſaepius prorogaretur, usqve dum A. CIↃ IↃC IX. [illegible] fierent, duodecim annis duraturae. Balinus de bello Belg. cap. 19. Gaſp. Ens. act. bell. pacificat. qvam 1609. evulgavit, collatis cum Mauritiad. eius lib. 6. p. 420. qvae A. 1612. in lucem emiſſa eſt: Emmius in vit. Gvil. Lud. p. 211. Nec prius ea pactio coaluit, qvam Archidux ſuo et Hiſpanorum nomine approbaret, ſe cum Ordinibus unitarum provinciarum, tanqvam liberis et ſui iuris provinciis et ſtatibus, in qvos nihil ipſi praetendant, agere, *qvae conſenſio eiusmodi fuit, ut nunqvam futura vel ab ipſis Belgis olim crederetur, atqve eſſet ſine exemplo, ac admirationi omnibus, apud Grot. hiſt. lib. 18. qvi velut Belgii ſui Tacitus in A. 1609. hiſtoriae ſuae finem ſtatuit, octo annis ultra Reidanum progreſſus. De his uberius commentati ſunt Dominicus Baudius, duabus illi argumento editis orationibus, una ſub Latini Pacati, altera ſub Iuliani Heſbeci nomine, poſtea retecto, Ioannes Meurſius, vir uti priſcae antiqvitatis, ita rerum Batavarum praecipue atqve inſi-*

ri possit. Idcirco nobis hanc absolutionis formulam proponit, qvam si amplectemur, fatebimur atqve agnoscemus, nos in criminibus, qvorum nos insimulat, fuisse obnoxios: eumqve ipsa ratione neqve promissis, neqve iureiurando praestando illo obstringetur, praecipue qvum Concilio Constantiensi ante centum annos sancitum sit, haereticis fidem servandam non esse. Nam qvod in sua absolutionis formula subdole ac fraudulenter insinuat, peccatum, qvo eos onerat, potius ex malevolorum hominum consilio atqve impulsu esse profectum, qvam ex naturali ipsorum indole: nihil aliud qvam versutum qvoddam commentum est, qvo imprudentibus imponere, eosqve sub iugum suum mittere conatur: ut

insigniter gnarus. Verum enimvero multa inter prudentes disceptatio fuit, [illegible], an omitti debuerint? Communiter sentiunt, iis retardatam esse pacem, et bellum postea instauratum, qvod non minus perniciosum Hispanis, qvam inutile Batavis fuisset. Marcus Zverius Boxhornius negat e republica fuisse, et Hispanos (Spinolam notat) rebus in Belgio per inducias confirmatis pro Caesare in Germania nixos, et Belgas petiisse per latus, ac praeterito induciarum tempore atrocius recrudnisse bellum, de qvisit. polit. cas. 4. conf. differt. nostra de induciis A. 1669. habita. Tum vero usu cognitum est, maius periculum adiisse Batavos qvam Hispanos: nam qvum Belgarum Proceres otium honeste conspiqve partum concordia tueri non possent, itum est in partes, et Belgium foederatum contentionibus prope eversum, qvod Hispanis optatissimum, et velut altera Ostenda fuit, Belgis contra miserrimum tristissimumqve accidit, qvod cum ante inducias nulla hostium virtute frangi possent, nunc pacis induciis tam facile discordia in extremum prope discrimen venissent. Committebantur enim eminentissima reipublicae capita, et dominatus studio religionis causam praetendebant, nec ea ingeniorum pugna *erat, qvod censuit Ioannes de Bussieres flos. hist. ad A. 1618. Nam Ioannes Oldenbarneveldius, qvi tantum in toga poterat, qvantum in bello Mauritius, in crimen perduellionis vocatus est, hoc argumento, qvod Traiectinum foedus, qvo Belgii, qvod in novam rempublicam*

ut ita absolutum imperium potestatemqve arripiat, qvoscunqve ipsi visum fuerit, pro sua libidine e medio tollendi: ita ut a nemine ei exprobrari possit, qvod pactis non steterit: qvum semper in eius arbitrio futurum sit, qvinam isti malevoli fuerint, qvi non, iudicare. Ceterum animadverte obsecro, Clementiss. rex, qvo pacto iustus Deus versipellem hunc veteratorem suo ipsius astu involverit. Nam in hac ipsa absolutione, ubi nos gravissima accusatione onerare conatur: innocentiam nostram apertis verbis testatur: dicens, se nulla ratione sibi persvadere posse, nos ita a pristina integritate degenerasse, qvin (nisi pravis malevolorum consiliis incitati fuissemus) in ea fidelitate animiqve promptitudine

atqve

blicam coivit, salus continetur, dissolvere studuisset, Gasp. Ens Fam. Austriac. pag. 182. et 346. Bussier. d. loc. Ad. Brachelius hist. nostr. temp. lib. 1. ad A. [illegible]. Philippo A. cIↄ Iↄc XXI. vita functo, regni pariter et belli molem, fessus paulo ante, qvam is decesserat, induciis, incubuit, filio Philippo III. qui Alberto rebus humanis erepto, et XII. post annis mortua Isabella Clara Eugenia, rectorem Hispanici Belgii constituit Ferdinandum fratrem, meliori initio, qvam eventu, siqvidem Belgae foederati [illegible] postea fortunam, et tanto successu commercia sua am[illegible], ut Hispanorum imminuerentur qvotidie, peiori loco futura, nisi A. cIↄ Iↄc XLIIX. bellum, qvod certe ab anno cIↄ Iↄ LXVIII. saevitia Albani commotum fuerat, aeqvis conditionibus finitum fuisset. Qvo tempore Belgio Hispanico praefuit Leopoldus VVilhelmus, foederato autem Henricus Fridericus, Mauritii, qvi a rebus, qvas gessit, magnus dictus est, frater, et nunc vel eo nomine memorandus, qvod puer, cum tot fratris sui victorias audivisset, dolore intra se concepto exclamaverit: qvid sibi tandem ita reliqvum futurum esset: hoc ipso qvoqve Alexandrum M. secutus, et fratris gloriae contra Ambrosium Spinolam vindex, qvod sicut iste intercepta Breda, illi doloris mortisqve caussa extiterat, ita hic erepta Grolla, et praecepto laudis militaris fructu, effecisset, ut Spinola, cuius alioqvi civile ingenium Hispanis displicebat, aut consenesceret obscure, aut graviore regis ira odioqve periret. Eo vid. Hugo-

nis

atqve observantia perstitissemus, qvam nos omnesqve nostri maiores Maiestati tuae semper praestiterunt. Si enim hoc ita se habet, qvod nimirum ante ultimum, ut ipse vocat, delictum, omnem fidelitatem benevolentiamqve detulimus, ut ipsemet testatur: cur igitur nos multo antea omni genere crudelitatis atqve inhumanitatis est

nis Grotii obsidio Grollae, tanqvam decori ingenii opus a Boxhornio laudatum, dignumqve, qvod cum obsidione Bredae, limatiori inter cetera eius scripto, et Danielis Heinsii Sylvaeducense, qva non minus historiae, qvam scholae militaris dignitatem expressit, coniungatur. De Philippo III. addo, qvod, postqvam tot casibus defunctus erat, optaverit, pro rege monachum se fuisse. Qvod Adolph. Brachelius, qui ab auctore Cluveranorum additamentorum plurimum repetiit, interpretatur de pietate, ego praecipue refero ad calamitatis sensum, et conscientiam actorum regni: hist. nostri temp. lib. 1. Philippum IV. laudavit oratione funebri Ogerius, cum qvo conf. Fama Austriac. p. 545. Ferdinand. Pallavicinus, et Victor. Siri, qvi plurimum studii operaeqve huc contulerunt. Singulare hoc de eo memorat Beniam. Priolus, qvod amore generi, regiae dignitatis meminisse desiisset, de reb. Gall. lib. 12. cap. 3. Qvanqvam ea figuram dicendi praeferunt, et alioqvi constat, ex capite antiqvitatis, qvae Galliae proxime ab imperio Romanorum convenit, qvaqve regum, atqve moratarum gentium, qvibus regius honor curae est, consensu controversiae de sedendi dignitate iudicantur, eidem prae regno Hispaniarum ordinis sessionisqve praerogativam deberi. Reliqva eius alibi persequar, et una imperium publice privatimqve calamitosum.

nn. *Dudum hoc Protestantibus qverendi materiam dedit, nec abest a vero Grotius, qvando prodidit,* in ore esse Hispanis, haereticos haereticorum sangvine vincendos esse, *lib. 6. hist. Ioannes Austrius haereticos et Turcos eodem ferme loco habuit, ac bile et stomacho plenus dixit: IN HOC SIGNO VICI TVRCOS: IN HOC SIGNO VINCAM HAERETICOS: apud Thuanum*

est insectatus? cur civitates ita devastavit? oppida et vicos incendit? incolas bonis ipsorum direptis trucidavit? Annon opera suorum militum Catvvicum, Santfortum et Alfenum, multaqve alia praeclara oppida in cineres redegit? idqve multo tempore antea, ut qviritatur, qvam crimen istud, qvod tantopere deplorat, commissum esset?

num ad A. 1578. Nec sinunt nos dubitare Philippi II. mores, et Albanum illum seqventis, ac iurata omnia violantis exemplum. Nihilo melior sententia est qvorundam Theologorum, et qvod mireris, apud Gallos, qvi non erubuerunt affirmare, sectariis non esse servandam fidem, *atqve eo allegarunt decretum Concilii Constantiensis. Thuan. ad A. 1577. Propterea non fuit causa Laurentio a Dript, propter qvam inveheretur in Belgarum concionatores, qvasi illi praetextu huius sententiae provinciarum Belgicarum rebellionem fovissent: antid. Th. pol. art. 5. p. 209. Egerunt alias hanc causam Molanus, et Svverztius, aliiqve. Sed qvum hoc agunt, docere eos primo oportuit, indubitatum servandae fidei pignus accepisse Belgas, deinde formulam eius causa ab Hispanis traditam executioni mandatam fuisse: siqvidem iam antea vidimus, facta multo alia, et praedictae sententiae contraria fuisse: nec opem, neqve remedium contra vim iniuriamqve Albani valuisse. Utcunqve autem non sit una omnium opinio, qvi cetera cum Romano Pontifice sentiunt, et multi obnitantur aientibus, frangere fidem haereticis licere, tamen acerbum iniqvumqve est decretum Constantiense in hac causa, sess. 29. Atqvi nemo est, qvi nesciat, qvantum huius cognitioni atqve iudicio tribuant, qvi et oecumenicis illud annumerant, et auctoritatem qvasi sacrosanctam amplexantur. Imo forte supervacuum est verba interpretari et formulas, ubi adsunt rerum testimonia, et constat, fractam esse fidem. Et sane operae hic pretium est, observare, qvod palam ac serio tunc dixit Caspar Schlickius, Sigismundi imp. ac trium regum* Cancellarius, *violatum esse ius commeatus, et adeo non collaudavit factum, ut qvoqve ex causa datae fidei contra obtestaretur. Zach. Theobald. bell. Huss. part. 1. ad A. 1415. Tum vero id appa-*

set? Nonne civitatem Vltraiectensem, qvae ipsius partes prae reliqvis urbibus fovit, penitus diripere exspoliareqve Albani tentarunt? Annon Roterodami, in qva urbe ut amici ac socii excepti fuerant, magnum civium numerum, contra ac promiserant, trucidarunt? An non apud Pacciecum deprehensus est catalogus innumerabi-

apparet ex Comitiis huius actis, et ex Martino Cromero repetere voluit Laurentius Peccensteinius noster, cum operam poneret in explicandis originibus Plavensium, ut qui fuissent inter eos, qui Schlickio ita pronuncianti, atqve e consessu isto sangvinario discedenti comites se adiunxissent, theatr. Sax. part. 1. c. 18. Nec de Sigismundo retexam, qvod purgando adduxit Dripius, tantum addam de Carolo V. auctores ipsi qvam saepissime fuisse Hispanos, ut fidem ne praestaret, qvam Luthero tanqvam haeretico dedisset, sed Carolus ingenio suo, id est, vere Germanico, et indicio Ludovici Palatini cognomento Pacifici, qvem in carissimis habuit, obsecutus, et haud dubie Protestantium, cumprimis Saxonis potentiam veritus, nil tale voluit, fidei retinens atqve Austriacae laudis. Sleidan. comment. lib. 3. Postea tamen, nec leviter inflexus, gloriae pristinae detraxit, et hoc qvoqve testatus est, Hispanos apud se posse plurimum, et consiliis qvandoqve obtundere suas aures, ac trahere qvasi invitum. At hodie multum ex veteri Hispanorum more est mutatum, et ipsi intelligunt, non modo lenta prudentia, qvae ad antiqvam gentis laudem pertinet, sed etiam prudenti moderatione, et datae fidei pactorumqve constantia res suas stare. Nam etsi a multis annis per Belgas in aliena imperia gradum moliebantur, *ut locutum accepi Oldenbarneveldium, et testis qvoqve est Grotius hist. lib. 12. tamen nunc mutato cum fortuna consilio, pro foederatis Belgis recte atqve sedulo nituntur, atqve iuvando hos, seipsos servant, praemoniti a Belgis, mox ipsi Belgarum monitores, et socii atqve adiutores. Qvi qvanqvam cunctarentur antea, et cuperent primos Gallorum impetus relangvescere auxilio alieno, inprimis autem reverentiam adhiberent erga pacem Aqvisgranensem, A. 1668. initam, fuerunt tamen ratio-*

 nes

rabilium tam nobilium, qvam primae notae civium, qvi iussu Albani diversis in urbibus capitali supplicio addicti erant? et in qvos atrociter saevitum fuisset, nisi summa Dei misericordia repentina mutatio rerum incidisset? At qvorsum pertinebat illa decimi nummi exactio, nisi qvod hoc sibi propositum habebat, ut eo pretio nostras facultates, qvas omnes fisco deberi dicebat, redimeremus? Ipse itaqve (ut eius socii) iuratus Maiestatis tuae hostis sit necesse est, qvippe qvi adeo fideles Maiestatis tuae clientes, qvales nos fuisse ipsemet testatur, adeo immani tyrannide, caedibus, incendiis, tamqve intolerabili servitutis iugo iam inde ab adventus sui initio oneravit, ita ut vi qvadam extremaqve necessitate coacti fuerimus ad arma ca-

pes-

nes gravissimae, et momenta ad communem securitatem pertinentia, qvibus tandem inducti sunt ad sumenda arma, praesertim fatali ad liberandos Belgas anno cIɔ Iɔc LXXIII. qvi fortunam Gallorum circumegit, omnibus, ad qvos ardua rerumpublicarum spectant, experrectis, plurimis etiam in proposito inhibendae unius nimiae, atqve iam in nervum erumpentis potentiae confirmatis. Ipse demum Caesar Leopoldus intervenit, foederi Brandenburgico innexus, et priori expeditione Gallos distinuit, altera summovit, occupata Bonna, clausisqve Moeni, Rheni Mosellaeqve itineribus, destinati dominatus rationes conturbavit: eo magis, qvod Saxones nostri Orientalesqve Franci fidei suae memores, primi signa Caesaris seqverentur, ut cuius iusta causa esset, et legitimum defensionis imperii bellum. Hinc ad reliqvos transiit exemplum, et qvod non modo Batavia, sed etiam Germania fide sua innoxia infestaretur, ad ultimum una mente animoqve est decretum, non magis Caesari obseqvium, qvam auxilium deberi. Si maxime enim invidia discordias serat, obtrectandiqve causas struat, tutus nihilominus sua iustitia atqve probitate Caesar Leopoldus est. Nam foedus cum rege Galliae d. 1. Nov. 1671. ictum continebatur his conditionibus, ne rex arma verteret in Imperii Or-

dines

pessendum, eiusqve atrocissimam oppressionem a nobis propulsandum: qvod ne ipsi qvidem eius administri inficias ire possent: qvum saepenumero iactitarent, se has provincias earumqve incolas tamdiu multumqve vexaturos atqve irritaturos esse, donec tandem ad seditionem concitarentur, et ad rebellandum cogerentur: ut ita iustam aliqvam occasionem nancisci possent, imperii in universam provinciam invadendi, omniaqve incolarum bona pro sua libidine diripiendi, qvod qvidem consilium nonnullis etiam ipsorum literis probare possemus, qvibus testantur, se hanc occasionem multo antea tempore expectasse. Verissima est, Clementiss. rex, Albani hac in parte sententia: qvod nimirum tui clientes nunqvam a pristino statu degenerassent, nisi a malevolis compulsi fuissent. Ceterum malevolorum nomine non alii censendi sunt, qvam Albanus ipse cum Senatu sangvinario, alisqve cruoris humani sitientissimis sociis: qvi ex mera malevolentia et insatiabili avaritia iam a multo tempore clientium tuorum sudorem et sangvinem suxerunt, atqve ex-

dines, neve auxilia ex districtibus ac ditionibus imperii beneficiariis contraheret, ac propterea omni loco atqve tempore provideret, neqva gravarentur ullo modo Ordines, qvi imperio illigati essent. Atqvomodo ea servata fuerint, experiendo cognitum est, et partim commemoravit singulari epistola qvidam Ludovicus Seldenus, et liqvet ex actis publicis, et literis Caesareis partim A. 1673. Egrae perscriptis, partim A. 1674. ad Ratisbonensia comitia missis. Qvae recordari qvidem acerbum est, inhaerent tamen in omnium oculis, et Caesari saltem armis protectae Germaniae gloriam rependunt. Convenitqve id sanctioni pacis publicae, et legibus imperii, et decernitur pactione Leopoldina, vid. Capitulat. art. 13. ex cuius praescripto ius Imperatori competit depellendi hostiles exercitus, ac eiciendi ex imperii

exhauserunt, eosqve omni crudelitatis genere vexarunt, eoqve tandem adegerunt, ut pro sua, uxorum, liberorumqve suorum defensione, ac deniqve pro omnium eorum, qvae ipsis in hac vita chara esse possunt, conservatione sese tueri sint coacti. Qvocirca qvod hac in parte clementiam suam, qva in aliis civitatibus usus fuit, iactitat, abunde refelli potest exemplis Tornaci, Valentinianis, Insulis, Ypris, Traiecti, Daventriae, ac deinceps Mechliniae, Aldenardi, Tenremondae et Nardenae editis, ubi nullum direptionum, spoliorum, caedium, suspendiorum, constuprationum modum fecerunt, nullum truculentiae immanitatisqve genus praetermiserunt. Nam qvod Bruxellis ultra CXXX. cives ab Hispanis, diversis temporibus, ex impotenti tantum vesania interfecti fuerint, multo ante inchoatum hoc bellum: qvod etiam Gandavi tumultu ab Hispanis excitato LX. aut LXX. cives una atqve eadem hora, innumeri vero alii diversis temporibus viri pariter et mulieres e medio sublati fuerint, hic commemorare ni-

perii provinciis, atqve eodem tenore obligatur ad opem Civibus imperii, ad qvos periculum damnumve tale pertinet, ferendam. Iam nuper in eandem sententiam decreto imperii se obstrinxit Ferdinandus III. nullum Ordinem sui auxilii praesidiiqve indigum destituere velle, R. I. 1641. §. 21. Ius tamen belli inferendi atqve ad offendendum comparati neqve Imperator habet nisi de sententia Ordinum, R. I. 1495. tit. 5. neqve Ordines singuli, Inst. pac. Osnabr. art. 17. §. veruntamen: siqva enim hi foedera ineunt, uti revera inire possunt, non offendendi titulum habent, sed tantum defensionem spectant, Inst. P. O. art. 8. §. gaudeant. Ex qvo intelligitur apertissime vicissitudo ac diversitas antiqvioris Germaniae status a statu hodierno. Qvo comp. A. B. tit. 15. versic. illis confoederationibus, R. I. 1495. d. t. et Inst. pac. alleg. Si enim factum consideratur sine iure,

nihil attinet: qvum ipſi id loco ſummae clementiae ducant, praeter id qvod in iis, qvas modo diximus, civitatibus ſumma crudelitate immanitateqve perpetrarunt. Qvae qvum ita ſint, non eſt profecto qvod nobis minetur, ſi modo abſolutionem ab ipſo oblatam non amplectamur, nullum neqve ſeveritatis neqve crudelitatis genus eſſe, qvalecunqve tandem illud excogitari poſſit, qvod nobis ab illo expectandum non ſit. Ita nimirum ſe tam in capita noſtra, qvam in fortunas devaſtatione, fame, gladio etiam ſaeviturum, ut nullae reliqviae, ex iis qvae fortaſſis adhuc integra ſunt, ſint ſuperfuturae. Exploratiſſimum enim nobis eſt, ipſum a multo tempore nihil optaſſe, tentaſſe, ac

iure, affirmabo, iam Henrici IV. aevo Principes Saxoniae defenſionis ſuae cauſa foedus bellumqve iniviſſe, qvod paulo poſt in ius abiit, ut adverſus qvemcunqve iniuſte invadentem, ac libertates privilegiaqve eripere annitentem honeſte ac iuſte defendere ſe poſſent. Propterea Henrici V. tempore palam dicere audebant Saxones, impoſitam eſſe ſibi defenſionis neceſſitatem, ſi contra ius ſecum ageretur, ac periculum nullo ſuo merito ſtatui et dignitati ſuae afferretur, apud Urſperg. ad A. 1115. Tametſi ex contextu illius imperii veteris, ac iudicio reipublicae ſtatus nondum hoc ius valida conſvetudine partum fuerat, tantum abeſt, ut lege firmatum fuiſſe dicas, huius enim primordia referuntur ad tempora ſeqviora, et certe ſtabiliuntur lege Carolina, qvae dicitur A B. d. t. 15. Alioqvi commodum hic ſuccurrit, imperatorem ipſummet tanqvam imperii caput ac ſupremum defenſorem ad bellum defenſionis cauſa capeſſendum, expenſo iure imperii, ſine conſenſu imperii Ordinum accedere non poſſe, qvod tamen ut ex pace Osnabrugenſi liqvet, ſinguli Ordines, ſaltem intra defenſionis fines poſſunt. Huc conf. capit. Leopold. art. 16. et 14. collat. Qvamvis enim forte imperatoriae ſanctiones, qvae ſtylo pragmatico capitulationes nuncupantur, pro legibus imperii non habeantur, et contra eas obteſtentur Principes, tamen ubi nondum per-

ac deniqve, qvantum qvidem in ipſius manu fuit, effeciſſe. Neqve dubium eſt, qvin longe ulterius eius crudelitas, qvam tantopere iactitat, eruptura fuiſſet, niſi id qvod nunc evenit, timuiſſet: nimirum provincias haſce eiuscemodi immanitatem diutius non toleraturas. Neqve vero regiae Maieſtatis tuae dignitas, vel haereditariae provinciae tuae tantae curae ei ſunt, ut ab iis funditus evertendis eius animus abhorreat, imo a reliqvis earum una cum pulviſculo, qvod dici ſolet, delendis: qvemadmodum freqventia incendia urbiumqve devaſtationes, qvas is multo ante inchoatum hoc bellum ſumma crudelitate exercuit, luculentiſſime declarant. Ceterum bona ſpes nos habet, Deum optimum hanc a nobis calamita-

perpetua atqve univerſe valitura huiusmodi ſanctio promulgata eſt, intelliguntur valere, praeſertim iis capitibus, qvae alioqvi legibus comitiorum de firma ſtabiliqve pace ſervanda ſuſtinentur. Ne nunc dicam, qvod Electores tamdiu privilegio faciendae imperatoriae ſanctionis inſiſtant, usqve dum aperte abrogetur, et conſenſu atqve conventione omnium, contrarium inducatur. Sed utcunqve hoc ſit, qvod nondum in comitiis definiri potuit, venire hic in disqviſitionem poſſit, utrum ſtatu in turbidum inclinante, caput obligationis imperatoriae de conſervanda republica, ac adeo ſalute omnium altius efficaciusqve ſit, qvam caput de ſervandis privilegiis ſingulorum, aut eorum, qvi alteram reipublicae partem conſtituunt: qvod conſiderate tractandum eſt, et Nomotheticae imperii Germanici convenienter, ne legum, qvibus ſalus eius continetur, fundamentum labefactetur, reiqve publicae contextus diſſolvatur, neqve committatur, ut reipublicae converſio fiat. Siqvidem ſalus omnium non magis reſpiciat Imperatorem, qvam Ordines Imperii univerſos, ut qvi cum imperatore in unam Teutonicam, qvatenus ſub ea ratione conſideratam, rempublicam, non foedere aut pacto inaeqvali, ſed uno vero

tatem averſurum, neqve Maieſtatem tuam permiſſuram, ut haereditariae ditiones tuae in eiusmodi graſſatoris atqve devaſtatoris manus poteſtatemqve veniant. Nam qvod hic criminatur, qvod arma adverſus Maieſtatem tuam ſumpſerimus, et tulerimus, hoc qvidem negamus, et Maieſtati tuae, imo Deo angelisqve eius teſtamur, nos nunqvam eius animi vel conſilii fuiſſe. Libenter enim nos noſtraqve omnia Maieſtatis tuae imperio ſubiicimus: paratiqve ſumus (qvemadmodum in hunc usqve diem facere non deſtitimus, maioresqve noſtri Maieſtatis tuae anteceſſoribus reipſa ſemper declararunt) ad perpetuum ac fidele Maieſtati tuae obſeqvium, vita fortunisqve noſtris

vero civili nexu coaluerunt, atqve iuxta hunc modum ita alterum eius partem conſtituunt, ut in qvantum univerſi, ſimul cum Imperatore ius ac ſupremam ſtatuendi poteſtatem habeant, ſinguli autem obligatione parendi utrisqve, id eſt, imperatori et Ordinibus univerſis teneantur, atqve eo provideri debeat, ne priſtina ἀναρχία, cui proxime feliciſſimum obicem poſuit Leopoldus, reducatur, facile ſumptura vires, ſi ſua omnia ſui arbitrii feciſſent ſinguli, ſi R. I. 1654. §. 180. interpretationem, qvam in curia extenſionem vocant, pro libitu et laxiſſime, atqve iis, qvi ſtatuti erant, terminis non obſervatis, A. 1671. approbaſſent omnes, ſi qvidam Antiſtites Germaniae, prout cenſuerunt liberius, ius foederum qvoqve offendendi cauſa pangendorum A. 1672. uſurpatum retinuiſſent, ſi demum ita agi ſicriqve omnia coepiſſent, ut ſumma qvisqve petere imperii iura poſſent: qvippe eo pacto non una respublica, ſed plurium conſociatio, qvam perperam multi docent, et docendi aliis haud rectum exemplum prodiderunt, extitiſſet, et forte tandem omnis parendi obligatio, qvam una perfecta respublica exigit, deſiiſſet. Itaqve laudanda eſt prudentia Leopoldi, qvod una opera ſuam, et imperii auctoritatem vindicaret, et nulla cupiditate invadendi, ſed defendendi ad arma iret, et oſtenderet, Auſtrum fatalem eſſe liliis, *apud T. Fatidicum ad*

M *Dola-*

ſtris adverſus qvoscunqve tuos hoſtes atqve adverſarios praeſtandum. Ceterum hoc libenter univerſo terrarum orbi teſtatum volumus, nos ad arma veniſſe, eaqve portaſſe (ut etiam nunc temporis neceſſitate compulſi facere cogimur) ad ducis Albani eiusqve aſſeclarum tyrannidem immanitatemqve propulſandam: ut nos, uxores liberosqve noſtros, bona et vitam ab eius adminiſttorumqve ſuorum ſangvinolentis manibus vindicare poſſimus. Aut, ſi illum ſuperiorem evadere contingat, honeſtam potius mortem oppetamus, poſterisqve noſtris integram laudem relinqvamus, qvam ut cervices noſtras ſub adeo immanis tyranni iugum mittamus, chariſſimamqve patriam noſtram adeo ignominioſam ſervitutem ſubire patiamur. Qvam qvidem niſi propulſaremus, non ſolum ubivis locorum publicum hominum aſpectum, turpitudinis noſtrae conſcii, ſubterfugeremus: verum etiam Maieſtatis tuae, publicaeqve harum provinciarum utilitati ſummum damnum inferemus. Qvam certe ob cauſam

Dolabell. Mercur. p. 120. qvi vero oomine eſt Alexander Iulius Torqvatus, L.B. Novillac et Iolonitz, nunc conſiliarius belli Caeſareus, nec diſſentit Lor. Gracian. el politico D. Fernando el Catholico p. 12. conf. auctor Phosph. Auſtr. part. 2. Sed ſatis eſt, oppugnaſſe Gallos pariter et violaſſe imperii maieſtatem, ac Imperatori iuſtiſſimam praebuiſſe obſiſtendi cauſam, et Hiſpanorum qvietem, rege adhuc minore annis, optantium arma, qvae turbati afflictiqve, ut Fuentes tunc qverebatur, ceperant, et a qvibus ex pacto Aqvisgranenſi, opera inprimis atqve graviſſima cohortatione Batavorum, unde his cumulatum odium eſt, diſceſſerant, iterum commoviſſe, et Hiſpanici Belgii ſubditos hoſtilem in modum tractaviſſe, Yperam, Omeram, ac plures tales urbes ex inſidiis occupare voluiſſe, nil interim obnitente Anglo, qvi pacis Aqvisgranenſis ſecuritatem praeſtiturum ſe receperat.

00. *Tri-*

ſam omnes hoc inter ſe civitates (tam communiter qvam ſingulae ſeparatim) firmiter ſtatuerunt, ut ſingulae potius (ſi opus fuerit) obſidionem expectent, et extrema omnia tentent: qvin etiam omne genus miſeriarum ac calamitates ferant ac patiantur, etiam cum bonorum et vitae amiſſione: imo potius flammas ſuis ipſorum domicilils immittant, qvam ut ſe in huius tyranni imperium poteſtatemqve coniiciant. *oo* Satis enim ſuperqve compertum habemus, ab adeo immani tyranno, qvi nobis antea ita atrociter eſt comminatus, et non ſemel fefellit, pactaqve ſua iureiurando confirmata turpiter conculcavit, nullam clementiam, nullam miſericordiam eſſe expectan-

oo. *Triſte id et perpetuum huius epiſtolae auctoribus argumentum eſt, a qvo incipiunt, qvod proſeqvuntur, ac tandem in eo de-[illegible]t, ut tanto efficacius repraeſentent regi foeditatem Albanicae [illegible]ationis, qva ſupplicia pro diſciplina, crudelitas pro ſeveritate, flagitia pro imperii remediis habebantur. Verum ſopitis motibus inteſtinis, reconciliatisqve Hiſpanis, bello externo commiſſi ſunt cum Anglis, aemulatione commerciorum, atqve ex cauſa damni dati aliqvoties infeſtis, et de qvibus olim dixit Philippus II.* cum his pacem, bellum cum omnibus reliqvis velle, *apud. Leon. ab Aitzma hiſt. pac. foed. Belg. part. 786. collat. pag. 727. 763. ſeq. Chr. Adolph. Thuldenus hiſt. Brachel. continuat. ad A. 1652. Auctor ſcripti de eo, qvod Hollandiae intereſt, cauſam belli Anglici acceptam refert Batavorum ſtudio in Domum Auricam, in qvam alioqvi dicax eſt et periniqvus, cap. 29. qvanqvam alias qvaedam olim non proviſa notat recte, ſed qvae enarraſſe, non ſemper Belgam deceat, praeſertim ſi inde reipublicae maiorum initium alimentumqve ſit, qvod nunqvam non agit iſte odio incautus auctor, et iam illo tempore non tolerat ſecretum factionis, qvae vetera et cum reipublicae libertate nata conſilia in contrarium Auriacis reiqve publicae vertit, nec ea tunc ita eſt reſtincta, ut nulla ſcintilla remaneret, qvo pro-*

pectandam : qvin potius omnes rivos ac fluvios nostro sangvine foedaturum, omnesqve arbores et patibula corporum nostrorum suspendiis oneraturum , qvam ut aliqvam explendae sangvinolentae vesaniae suae occasionem praetermittat. Qvocirca nos nunc ad Maiestatis tuae pedes prostrati ac supplices rogamus per nomen Dei, qvi Maiestatis tuae caput diademate, manum sceptro insignivit, ut velis tandem causam nostram cognoscere, auresqve tuas iustis et aeqvabilibus qverimoniis nostris accommodare. Neqve enim nos ab obedientia Maiestati tuae debita subducere nitimur : sed hoc unum petimus, ut conscientiae nostrae Deo libere servire possint, utqve divi-

ximis annis experti sumus, qvibus edictum perpetuum, qvod A. 1667. sancitum est, post sedatum Barneveldii turbidum , arguitur de[illegible] materiam novo incendio, qvo optima illa et florentissima resp[illegible] deflagrare potuisset, nisi mox Wilhelmi III. auspiciis sopitum fuisset, ac compositis pristina concordia animis, externa foedera contra externas vires affuissent. Qvo nomine prodita sunt tot scripta, decretum seclusionis , *atqve edictum perpetuum concernentia,* deductiones, *ac libelli alii ad abolendam praefecturam generalem , eoqve ad odium Auriacae domus comparati, sed foedo tunc omine in Rempublicam, atqve iis rebus apud exteros excitata invidia, Gallo aperto aditu , et Anglo ulciscendi occasione data , domi autem neglecta re militari, et nutante iam fere eius iuris , qvo foederatae respublicae ex pacto Traiectino continentur, aeqvalitate , cum deesset caput, qvod et prudenter libraret huius lancem, et convenienter dirigeret. Itaqve ex hac causa* Gaius Civilis *qvidam valde invehitur in principes factionis, qvae dicebatur, Lovesteinianae, cuius principium ducitur ab A. 1650. incrementum collocatur in A. 1667. fatalis exitus fuit in A. 1672. in qvam rem conferre liceat proximorum actorum commentarios, et contendere cum A. 1618. et 1619. qvatenus spectant ad*

divinum verbum audire, et ad eius normam vitam nostram instituere, animarumqve nostrarum rationem supremo omnium iudici ad extremum illum diem reddere possimus. Qvod ut integrum nobis sit, miseram patriam nostram, qvae ad fidelia Maiestati tuae studia praestanda summa semper animi promptitudine parata fuit et est, semel a gravissimo exterarum nationum, et Hispanorum militum iugo liberes, iisdemqve privilegiis atqve immunitatibus frui sinas, qvae Maiestas tua et potentissimus Imperator Carolus V. Maiestatis tuae parens, omnesqve maiores tui solenni iureiurando confirmarunt, Atqve ita non solum arma, Maiestate tua ita iubente, deponemus,

ad causam Barneveldii, et viam muniunt ad qvaedam reipublicae momenta altius intelligenda.

pp. *Erat hoc tempus, qvo corrigi adhuc poterant Belgae, et mutari etiam volebant, si non ambigua spes impetrandae regis clementiae, ac restituendorum privilegiorum fuisset: nunc qvum contra morem atqve instituta maiorum facere pertenderet Philippus II. rex, ac persisteret crudelitas, et tolleret comitiorum iura dominatus, suo tandem in eos imperio est exutus. V. decretum Ordinum Holland. et VVestfris. qvo haec vel praecipua tumultuum Belgiorum causa appellatur: extat apud Boxh. de stat. foed. Belg. Qvos motus dum cogitabat G. Hornius, partitur tyrannidem Hispanorum, et probat, alteram pertinuisse ad vim religioni afferendam, alteram ad evertenda reipublicae iura, orb. pol. can. 2. qvod ut negari non potest, ita statuendum profecto est, ex decimarum exactione, et comitiorum, qvae Hispani tanqvam adversa iuri regis sublata cupiebant, abrogatione, tanqvam ex veris motuum initiis proficisci coepisse reliqva, et ex iis iudicari oportere, usqve eo, ut repetat inde Boxhornius originem odii inter Hispanos Batavosqve immortalis, et comprobet, nunqvam in fidem regum Hispanicorum redituros: de stat. foed. Belg. cap. 9. Per sane gnaviter, ac solerter valde, dum in eo evincendo*

 multus

nemus, verum etiam vitam et fortunas nostras terra ac mari, qvando nobis id imperaveris, libenter impendemus. Speramusqve Maiestatem tuam reipsa comperturam, nos nulla ex parte deteriores degeneresqve effectos esse: verumetiam maiores nostros fidelitate benevolaqve erga Maiestatem tuam observantia superare. Qvod qvidem hac nostra testificatione Maiestati tuae coram Deo Optimo Maximo spondemus atqve iuramus, nullam a Deo erga nos clementiam postulantes, nisi vere atqve ex animo id, qvod dicimus, sentiamus. Optamus etiam, ut haec animi nostri declaratio, atqve adeo iusiurandum, omnibus regibus, principibus, monarchis, nationibusqve inno-

multus est, qvod Batavi nunqvam eius imperii, qvod excusserint, desiderio laboraturi sint. Nam si id de odio societatis foederum, sive belli, sive commerciorum intelligatur, haud dubie experientia oblogvitur. Enimvero his temporibus ita affecta est respublica Hispanorum, ut vires per se infirmae, atqve opes modicae, et pristinis multum dispares desiderent auxilium contra aemulos, et qvia ibi virorum naviumqve gravior in paucitate iactura *est, nunc per foedera Batavorum gloriam sibi et rebus navalibus robur, ac versus Flandriam Brabantiamqve securitatis firmamentum qvaerant. Atqve eo qvidem rerum statu nuper felix utrumqve Belgum erat ac florens, ac tantisper manebat, dum Galli classicum canerent, et primo Hispanos, deinde Foederatos Belgas bello appeterent. A qvo tempore aeqvali metu potentiae externae vires animosqve coniunxerunt utriqve, ad atterendas magis distrahendasqve Gallorum vires, unde collectus impetus toti Europae imminebat, et postea effundebatur in Batavos, foedus pepigerunt. Huc vid. Lineamenta belli Gallo-Batavi Gau Civilis, Henricus Brevverus in descript. expedit. regis Christianissimi adversus unitum Belgium, cuius recensio si attingeret veras belli causas et interiores rationes, inprimis ex usu foret, qvam-*

innotescat, ut omnibus constet, nos nulla ratione seditiosos, regiqve nostro rebelles fuisse (neqve enim ullum eius rei exemplum a maioribus nostris accepimus) sed mera necessitate, qvae nos ad extremum premebat, coactos, arma sumpsisse, iisqve hostibus nomine regio abutentibus, restitisse. Oramus itaqve Christianos Principes et Monarchas, ut Christiana commiseratione nostrarum aerumnarum sese duci patiantur. Qvumqve facile suspicari possimus, hanc nostram petitionem, animiqve declarationem, perinde ac reliqvas omnes antehac missas, suppressum iri, ita ut ad Regis nostri manus pervenire non possit: eos obnixe rogamus, ut ipsi hoc idem Maie-

stati

qvanqvam et eae desumi atqve iudicari possunt ex literis publicis atqve instrumentis pragmaticis subiunctis. Extatqve eo scriptum, veluti actorum belli apud F. Belgas diarium, vernacula lingva editum, et aliqvoties continuatum sub nomine inqvietati Leonis Belgici: addatur oratio Samuelis Maresii de obsidione Groningae, qva demonstrat, Gallos plus auri, qvam sangvinis in subigendum F. Belgium impendisse, et notat lethargum civilem fato datum, et reprehendit qvorundam popularium corruptam fidem. In extremo operis tantum monemus, epistolae huius auctores declinandae apud Hispanos invidiae causa non usurpasse titulum Statuum Belgii, *qvod necessitati cederent utcunqve, et tempori, qvod tunc turbidum calamitosumqve erat, verba accommodarent, et affectus, qvi tamen saepe indignationem expresserunt, rationi subiicerent prudenter, et qvia violata provinciarum iura conqverebantur, satis indicarent significanter, ad qvos iniuriae ac publica ista mala pertinerent, id est, praecipue ad Belgii, qvod tunc nondum secesserat,* Provinciales Status. *Sed qvanqvam ea ad hunc modum exponere regi, ac iusta epistola exhibere vellent, tamen fuerunt, qvi acerbius scriptam dicerent, qvam ut regi exhibendam censerent. Illud vero apertum*

per-

ſtati regiae ſignificare, eiqve transmittere velint, ut cauſae noſtrae aeqvitas ſemel tandem in medium prodire, pleneqve cognoſci poſſit: utqve regia Maieſtas ſe a tanta innocentis ſangvinis profuſione, qvanta per Albanicam hanc tyrannidem accidit, apud omnipotentem Deum purgare poſſit. Qvod qvidem omnes nos ac ſinguli obnixi ad Deum Optimum Maximum pro eorum ſalute proſperitateqve precibus, perpetuaqve noſtra erga eos obſervantia demereri ſtudebimus.

perſpicuumqve eſt, ex hac epiſtola omnes fere ſcriptores Batævos, ipſum inprimis Metteranum, Grotiumqve accepiſſe pleraqve, et auxiſſe hiſtoriae ſuae fidem. Scriptor Hugenottus, qvem ſaepe laudavi antea, et dixi, Thuanum plurima eius, verbis leviter mutatis, repetiiſſe in Gallicae hiſtoriae contextu, nominat annum M. DLXXIII. qvo epiſtola haec excuſa ſit: qvod recte dictum eſt ac tempori convenienter: neqve cauſa eſt, ut arbitreris mendum eſſe, et colligas ex Metterano A. 1574. confectam fuiſſe: cum qvo conf. Mich. Gaſp. Lundorp. contin. Sleidan. lib. 14. ad A. eundem. Perſiſtebat vero tunc adhuc in Belgio Albanus, et vel ſola fama huius epiſtolae, aſperius de eo atqve contra eum ſcriptae, admoneri poterat, nunc eſſe tempus e Belgio excedendi, uti nec multo poſt eodem anno 1573. exceſſit.

Erratum extantius lit. nn. ubi pro Ludovicus Seldenus, legatur, Sincerus Germanus ad Ludovicum Seldenum, cuius epiſtola inſerta eſt Diario Europaeo.